





~~T. 1633~~

1) Pfefferin

alt westlich / Altkoch





42
Cum CHRISTO!

Duodecima

In secundam Anatomiae Mas-
sonij partem.

DISPUTATIO,

De Allocofi Zvvingliana.

Quam

PRÆSIDE

JACOBO WELLERO

SS. Theol. Doct. ejusdemq; Prof. Extraord.
& Ebr. Linguae Ord.

defendet

M. ALBERTUS GUNZELIUS

Stolpena - Misnicus,

In Auditorio Collegij Veteris,

ad diem 16. Junij.

T 163

WITTEBERGÆ,

Typis JOHANNIS RÖHNERI, ACAD. TYPOGR.
ANNO M. DC. XXXIX.

I.



Hactenus, optimo cum Deo nostro, egimus de *Communicatione idiomatum in genere.* Nunc convenienti ordine ad primum Genus accedimus, ubi probatur nobis, agere ante omnia de *Allæosi Zvvingliana*, cui caput singulare, undecimum, Massonius assignavit, cum ejus usus sit in reliquis frequentissimus. Deus adsit clementer.

II. Imitatur verò adversarius sophistas, qui ubi se premi advertunt, ulcus haud tangunt, sed alia multis edisserunt, de quibus tamen controversiæ serra haud reciprocatur, ut ferias parent, & rei controversæ, & minus attentum lectorem vellassum reddant, vel decipiant. Nihil enim ad rhombum, quod docet, *Patres à voce hac ἀλλοίωσης haud abhoruisse, occurrere & apud B. Lutherum, quantum impositionem literarum at-* *Allæos eos vox.*
tinet, esse enim ἀλλοίωσιν eine verwechslung &c. Quis enim quæso unquam Lutheranorum vocem simpliciter, quis legitimum vocis usum, de quo *B. Damasc. Jacobus Schegkii, B. Balduinus, Bugenbadius & alij, repudiavit?* Nullus igitur est, dum his occupatur. *p. 118. 119.*
 Id questionis est, *annon ἀλλοίωσις Zvvingliana (NB. Zvvingliana,) prout scilicet à Zvvinglio definitur, exponitur, declaratur, ad mysterium hoc Unionis applicatur, à Calvinianis urgetur, sit larva diaboli, ut B. Lutherus, seu Blasphemia, ut liber Concordiæ, nuncupat, quamvis Zvvinglius vocet eam maxime necessariam, in respons. ad B. Lutheri confessionem tom. 2. f. 451. sanctam ac innocentem l. d. 457, a. sanctam & fraudis nesciam, omnes errorum nebulas discutientem & veritatem* *Status controversiæ.*
A ? tatem

tatem Dei revelantem l. d. 454. b. cujus neglectus maxime imponat, in Exeg. Euchar. ad B. Luth. f. 345. a. Hic Rhodus, hic saltus. Nos ita procedemus. 1. Descriptionem ex Zvvinglio dabimus. 2. Exempla Zvvingliana subjiciemus. 3. Collationem cum Nestorio instituemus.

Ἀλλοιώσεως
descriptio no-
minalis.

III. Descriptio verò apud Zvvinglium occurrit & ὀνοματιώδης & πραγματούδης. Nominis respectu, dicitur ipsi desultoria locutio. Sic enim l. d. f. 450. b. circa finem. De Allœosi vel Locutione desultoria. In Exegesi Euchar. f. 350. b. circa med. Allœosis, quam nos desultoriam locutionem interpretati sumus, Plutarcho autore tropus est, quo consuetus ordo sive ratio commutatur. Sic nominis respectu definit. Rei respectu vel brevius & succinctus vel paulò clarius & magis perspicuè eam delineavit. Isto modo definit allœosin, quod sit, tropus, quò vera & germana rei proprietas commutatur. Respons. ad B. Lutheri Confess. f. 451. quo de mortali loquentes natura, de immortali & divina sentiamus, & vice versa, tom. 4. f. 308.

Definitio rea-
lis.

Nota: Vera
& germana
rei proprietas
commutatur
per ἀλλοίω-
σιν.

Definitio ἀλ-
λοιώσεως re-
alis latior.

Caro pro di-
vina natura.

IV. Paulò latius duobus in primis locis describit, quanquam & alibi occurrat. In Exegesi Euchar. fol. 350. b. Est ergò ἀλλοίωσις, quantum hoc attinet, desultus aut transitus ille, aut si mavis permutatio, **QUA DE ALTERA IN EO NATURA LOQUENTES, ALTERIUS VOCIBUS** utimur. Ut cum Christus ait, caro mea verè est cibus, caro proprie est humana in illo natura, attamen per commutationem hoc loco pro divina ponitur natura. **QUATENUS ENIM FILIUS DEI EST, EATENUS EST ANIMÆ CIBUS:** ait enim, Spiritus est qui vivificat. Rursus cum prohibet filium familias à colo-

colonis trucidandum, cum filius familias divinitatis eius nomen sit, pro humana tamen natura accipit: secundum enim istam mori potuit, secundum divinam minimè. Cum inquam de altera natura predicatur quod alterius, id tandem est allœosis, aut idiomatum communicatio aut commutatio. Ea tam est necessaria, ut sciat^{ur} et observetur, ut qui eam neglexerit aut ignoraverit, non modo Joannis evangelion, sed et aliorum quoque inauditis erroribus contamine^t. Eadem iisdem planè verbis repetit in Respons. ad B. Lutheri Confess. ad principes f. 451. b. In Respons. ad B. Lutheri librum de Sacram. f. 403. a. Notabis autem eam figuram, quam nos allœosin, vocamus, ab ipso Christo frequenter usurpari, ea autem permutatio quadam est et mutua de utraque natura, quæ in una aliqua persona continentur, ad alteram transitus, quò nimirum fieri consuevit, ut una quidem nominetur, interim verò intelligatur altera, **VEL UT TOTO ILLO, QUOD UTRIQUE SIMUL COMPETIT POSITO, ALTERA DUNTAXAT PARS significetur.** Et statim f. 405. b. Allœoses autem non eo modo usurpas, quo Christus bis usus est: qui etiamsi **UNAM NATURAM NOMINANS ALTERAM VELIT INTELLIGI**, nunquam tamen humane nature tribui vult, quod solius divine est, nec huic tribuit, quod in solam humanam potest competere, quemadmodum sequentia clarius docebunt. Et in Respons. ad B. Luth. Confess. f. 469. b. Nature nonnunquam sic commutantur, ut altera pro altera sumatur. Plura sepono.

V. Duplex verò ἀλλοιώσεως species apud Zvvinglium occurrit, quarum prior celeberrima est, quando altera naturarum vel in abstracto vel in concreto nominatâ

A 3

ejus

Filius Dei, id est, humane nature.

NB.

ejus opposita supponenda est, ut Deus, filius Dei, idem sit, quod humana natura: & homo, filius hominis, caro, idem, quod Deitas vel divina natura. Et huic opponit, quando concretum personæ, eam naturam notat, unde appellatio in concreto est, ut filius hominis, sit humana natura: filius Dei, vel Deus, divina. Posterior est, quando vox Christi nunc pro divina, nunc pro humana natura accipitur. Rem igitur 2. exemplis declaramus ex Zvvinglio.

*Caro, id est,
Deitas.*

*Ergo Christus
quatenus ho-
mo est non est
cibus anima?
Inutilis igitur
hac ratione erit ad
salvandum.*

VI. Phrasis scripturæ est trita sanè Orthodoxis, ex Joh. 6. *caro mea verè est cibus*: hanc Zvvinglius in Respons. ad B. Lutheri Confessionem ad principes f. 451. b. sic exponit: *Caro mea verè est cibus. Caro propriè est humana in illo natura, attamen per commutationem hoc loco PRO DIVINA ponitur natura. Quatenus enim filius Dei est, eatenus est cibus anima.* In Exegef. Euchar. f. 334. καὶ ἠθολογίαν ergo ἔστι Mimesin, quæ Allœoseos species sunt, hoc est, per imitationem, quæ juxta sermonem ac opinionem hostium suorum loquebatur; CARNIS verbo utitur: ἔστι spiritum intelligit, hoc est, DIVINITATEM SUAM, quoties carni vitam tribuit. Eadem tom. 4. in comment. super Joh. f. 311. iisdem repetit verbis. Fol. verò 333. b. in Exegesi Euchar. ait: *Dicit carnem suam verè esse cibum: non hercle carnem intelligens, sed potiozem naturam, quæ carnem assumpserat, ut ea perlitaret ac placaret aternam justitiam. Per allœosin de mortali natura loquens, quum tamen de immortalis sentiret, ea enim qui fidit, beatus erit.* Et l. d. f. 351. b. *Caro mea verè est cibus, Irrefragabilis est locus, CARNEM PRO DIVINA CAPI NATURA, cum ipse*
cum

eum exposuerit, Spiritum esse oportere quod vivificet, carnem nihil prodesse. Alia ex Responsione ad Valent. Comparem tom. 1. f. 250. a. b. recitabuntur thesi VIII. Sic in abstracto naturam pro natura posuit.

VII. Schemata verò fraudis eadem quæsiuit & in Concretis, quando subjecti loco posita, prædicata habent, quæ alteri naturæ sunt propria. Phrasis scripturæ est: *Filius hominis loquens in terra est in cælo* Job. 3. *Deus est passus* Act. 20. & c. 3. 1. Cor. 2. *Deus est natus* & c. Zvvinglius & hic tropis intentus mysterij vim, quantum penes ipsum est, evacuat. Sic ait in Exeg. Euchar. f. 351. b. Joh. 3. *Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, filius hominis, qui est in cælo. Et sicut Moses exaltavit serpentem, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis qui credit in eum, habeat & c.* Bis hic habemus filium hominis, sed non ejusdem naturæ significationis. Exaltatur & cruci adfigitur filius hominis: & est in cælo filius hominis, qui nondum ascenderit. Vocatur ergò perinde **DIVINA EJUS NATURA FILII HOMINIS**, secundum quam perpetuò est apud Patrem, atq;

HUMANA VOCATUR Deus, quum dicimus Deum esse ex virgine natum. Erat ergò is, qui filius hominis erat, secundum divinitatem in cælo cum Patre, quem nunquam deseruit, non secundum humanitatem. Resp. ad B. Luth. Confess. f. 468. b. *Filius hominis, qui est in cælis. In*

his enim verbis filius hominis, pro DIVINA NATURA sumitur, quæ verè & essentialiter in cælis erat, fol. 462. a. Emisit Deus filium suum, ubi illud obiter ceu in trans- cursu observandum est, Dei filium hic per Allœosim pro

cola humanitate accipi. Fol. 456. b. Filius hominis est in

Filius hominis est Deus. Deus est humana natura.

NB. Humana natura vocatur Deus, in phrasi: Deus est natus ex muliere.

Impia expositione: Deus misit filium suum factum ex muliere, id est, solam humanam natu-

ram.

cælo, verbum Est, non substantive sumatur: non eo videlicet sensu, quod tunc temporis substantialiter fuerit in cælo, sed pro eo quod est in cognitione, notitia vel providentia esse. Atqui simili tunc ratione in cœna verbis istorum quoque sensus, hoc est corpus meum, constare poterit, sic nim. ut in Eucharistia hac Christi corpus in animis fidelium sit, & quod externa illa signa nobis representent. Quod si verò illud admittere nolit, jam Allœosin hic inesse omninò fatendum erit, ut nimirum FILIUS HOMINIS PRO FILIO DEI dicatur &c. In Respons. ad B. Luth. librum de Sacram. f. 406. a. Filius hominis qui in cælo est, Filius hominis pro divina, qua in hoc est, natura usurpatur. Eadem repetit fol. 407. b. Fol. 403. b. ait Tertio singula naturarum in Christo pro se invicem usurpari consueverunt, divina nimirum pro humana, & e contra, quod ipsum non alio modo, quam per Allœosin contingere solet: eò quod is, qui verus Deus est, simul etiam homo verus sit: & e contra, qui verus homo est, simul etiam verus Deus sit. Non autem eo modo, quod idcirco divinitas humana natura sit, nec e contra hec in illam transmigret. Nec ideò quoque naturarum confusio fit, nec aures nostræ offenduntur, si Allœoses ejusmodi audire contingat. Exempla nobis ad manum sunt, Joannis. 1. dicitur, Verbum caro factum est: vel Deus homo factus est. Hec per Allœosin rectè accipienda sunt, hoc modo, quoniam Deus nihil amplius, quàm quod jam est, fieri potest, nisi forte ipsum imperfectum dicere velimus: dictum hoc nequaquam eo sensu accipi potest, quem prima fronte nobis offert, sed hunc illius sensum esse oportet: Homo Deus factus est, sic nimirum, ut quod de divinitate dictum est,

Divina natura pro humana: & humana pro divina.

Neg, ullus Orthodoxorum hoc statuit.

est, eam hominem factam esse, per Alloeosin de humana natura dictum esse intelligatur, sic, ut homo Deus factus sit. Porro, cum econtra neutra ex naturis hisce in alteram converti possit (quemadmodum paulo ante annotatum est) illud quoque dictum, Homo Deus factus est, nequam sic intelligendum erit, ut humanam naturam in divinam transire credamus, sed utraq; in sua essentia naturali & propria permanet, quemadmodum Athanasius quoque in symbolo fatetur. Interim Christus unus est, non conversione Divinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deum. Sic ergo deprehendere possumus, haec verba, Homo Deus factus est: rursus per Metalepsin ab adoptionibus transumpta (qui enim cooptatur, filius fit) non quicquam amplius dicere, quam quod homo ad unitatem personae filij Dei assumptus sit. Impie sane. Sic enim inepta, nulla, impia erit phraseos: Deus est natus: Deus est in carne (haec enim sunt expositoriae phraseos, Verbum caro factum est) resolutio haec: humana natura est nata: humana natura est in carne seu incarnata. Item si ab adoptionibus transumpta haec verba, homo est Deus, per metalepsin intelligenda sunt, nihil prohibet, quod minus Christus sit filius Dei adoptivus, quod τὸν αὐτοῦ arripiunt Photiniani. Idem in istud Marc. 13. de die isto ac tempore nemo novit, ne angeli quidem qui in caelis sunt, nec ipse filius sed solus pater, ita commentatur in Respons. ad B. Luth. lib. de Sacram. f. 410. a. Ubi, (ait recitato loco) primo notabis, quod filij vocabulum (quod tamen divinae personae

B

nomen

nō transit, sed utraq; permanet in sua essentia. Sic enim non dicitur quid verbum sit factum, sed quod fuerit & manserit.

Mira & stupenda sapientia Verbum caro factum est: id est, homo Deus factus est. Sic nempe in gyrum redigenda divina sapientia & à Deo, Nestoriano modo, removenda nativitas in tempore: aut quasi Spiritus Sanctus verba ita ordinare haud potuisset, nisi mysterium insinuare voluisset, quod Verbum fuerit, antequam caro fieret: de quo alibi

Mira expositio Verbum caro factum est: id est, humana natura in divinam

Filius Dei, id est, nuda humanitas. Ita impiè nunquam & nuspiam locutus est Nestorius. Si omne, quod divinitati soli competit, negatur humana natura: cur non neganda est & hypostasis, redemptio & alia? Filius Dei, id est humana natura. Deus est passus, id est, humana in Christo natura est passa. Sola humanitas exclamavit: Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti. Si humanitas Christi victa est doloribus: victor non erit Christus.

nomen proprium est) per alloxosin PRO NUDA CHRISTI HUMANITATE sumitur. Divinitati enim ipsius nihil ignotum est. Secundo, quod unico hoc prescientia nomine & titulo humane nature omne illud negat, quod soli divinitati convenit. Si n. juxta hanc novissimi diei tempus & judicium ignorat, juxta eandem quoque ubique locorum cum divinitate esse non potest. Divine enim nature etiam tunc novissimus ille dies presens erat: hunc verò humana natura ignorabat. Juxta Scientiam ergò divinitati equalis non erat, multo minus autem juxta id, quod divinitas ubique presens est. Fol. 451. b. in Resp. ad Confess. Rursum, cum perhibet filium familias à colonis trucidandum: cum filius familias divinitatis ejus sit nomen, pro humana tamen natura accipit. Secundum enim istam mori potuit, secundum divinam minimè. Cum (inquam) de altera natura predicatur quod alterius, id tandem est Alloxosis, aut idiomatum communicatio aut commutatio. Idem l. d. f. 457. b. Nostra enim sententia per omnia serviunt, nempe ut cum filius Dei pati vel mori dicitur, Dei filium pro humana in Christo natura accipiamus: ut cum hominem, cujus corpus solum vulneratum est, vulnus accepisse dicimus, hominis vocabulum pro corpore usurpari certò constat. Hactenus ille. Sic Deum, exclamasse in cruce, se esse derelictum, constantissimè Nestorium contra docuere Patres. At Zwinglius, ne & hic Nestorianos Patrociniò suo relinqueret, in Respons. ad Luth. Confess. f. 455. b. Sic ait: Sola enim humanitas sic patitur, ut doloribus victa exclamaret, Deus meus, Deus meus, ut quid me dereliquisti? quemadmodem Lutherus quoque hoc loco palam fatetur, quod in crucem suspensa sibi

sibi ipse opem ferre non potuerit. Caterum omnes hujus generis blasphemias unicum illud Joannis dictum retundit, qui cap. 7. nquit: *Jesus nondum erat glorificatus.* Sufficiant hæc. Satis enim patet, quàm audaces desul- sic ipse nominat in Exeg. f. 353. b. in scriptura committat citra omnem planè rationē, ita ut dictator potius & dominus verborum scripturæ videatur, quàm se sensui & Spiritui Sancto submittat. Unde illud Joh. 6. cum *videritis filium hominis ascendere, ubi prius erat,* per duplicem allœosin exponit, ita ut filius hominis adscenderit, ipsi sit humana natura; alterū ubi erat prius apud Patrem filij hominis, ipsi sit divina natura, in Exeges. f. 353. *Qui credit in me, non credit in me, sed in eum,* qui misit me. Prius ait *in Me,* notat Christum Deum, posterius *in me,* Christum hominem l. d. f. 252. a. *Quum exaltatus fuero à terra, omnes ad me traham:* istud humanam naturam spectat; hoc verò in dubiè divinā. Hujus enim est, omnes ad se trahere l. d. Sic pronomen *Ego* ipsi modò divina, modò humana natura est f. 357. Nec tamen ullam ejus rei probationem affert.

IX. Sed oppositam huic speciem contemplabimur. Docet enim quàm planè passionem & à Persona removeant. Sic ait in respons. ad B. Luth. librum de Sacram f. 403. b. *Secundo utraq; natura non rarò sic ponitur, ut singula se ipsas duntaxat quàm propriissimè denotent. Ut cum apud Mattheum dicitur, Et tradetur ra. filius hominis ut crucifigatur. Et rursus cap. 20. Et filius hominis tradetur sacerdotibus & scribis &c. UBI* **FILIUS HOMINIS** proprio & germano sensu pro humana Christi natura positus est. Hæc enim tradi vel est passus?

Filius hominis ut id, humananatura.

Quomodo igitur Deus est passus?

B 2

prodi

Considerat
Johannes
λόγον ut ἀ-
σάπρον hic :
Versu verò 14.
ad ipsam ἐν-
σάπρωσιν ac-
cedit. Qui
gitur in pri-
mo versu ἀ-
λόγως locū
haberet ?

Verbū Dei in
humana na-
tura, quasi in
vase quodam
apparuit. Im-
pium & bla-
spemum sen-
su Calvinia-
no, qui ne-
gant ita esse
in Vase &
templo, ut
templum il-
lud verè sit
DEUS
Si enim hoc
sensu in hu-
mana natu-
ra, ut in vase
apparuit, ca-

poterat & occidi, divina verò nequaquam. Similiter divi-
na quoque in Christo natura nonnunquam proprie citra om-
nem Allœosin posita invenitur : ut apud Joannem cap.
1. Et Deus erat illud verbum. Hic enim Verbum pro
vivente Dei filio sumitur, non pro Christo toto, qui Deus
simul & homo erat. Joannes enim eo in loco ab huma-
na natura illum describit. Rursum 1. Job. 1. Annuncia-
mus vobis vitam aeternam, quæ erat apud Patrem, & ma-
nifestata est nobis. Ubi aeterna vita pro vivente Dei fi-
lio dicitur, qui priusquam hominem assumeret, cum Patre
erat ab aeterno, postea vero in humana natura quasi vase
quodam nobis apparuit & manifestatus est. Optime
hæc verba notes, & addas Lud. Crocium & Bezam, quos
supra vidimus, negasse communicationem idioma-
rum in hac propositione *filius hominis est passus*, quod
à Zvvinglio accepere, infelici, hæc parte præceptore.
Hinc enim liquet, quod *purum hominem passioni subij-*
ciant. Si enim natura humana, si filius hominis citra
ullam communicationem est passus, utique pura &
nuda humana natura duntaxat est. Ratio ex disputatio-
ne tertia liquet. *Quicquid non fluit ex communicatio-*
ne, quicquid citra omnem communicationem idiomatum
competit soli humane nature, id pure, nuda humane na-
turæ competit. In tantum enim humana hæc natura
non naturalia, sed præternaturalia habet, in quantum
ab

ro non est factum : Deus non est homo. Quis enim vinum in vase,
dixerit ipsum vas. Separabile à vase est, quod in eo est. Photinia-
num id est, qui dabunt de facili, verum Deum apparuisse in huma-
na natura Christi, tanquam in vase, per quod operaretur miracula,
citra tamen ἐνσάπρωσιν Ostorod. cōtra Tradel. par. 2 Catech. Rakov.
p. 12. Smaltz. contra B. Franz. Enjedinus, Franciscg David, & al.

ab altera parte ei communicatur, in tantum est salutaris & satis faciens ejus passio, in quantum est & Dei passio per Communicationem. Sed si passio filij hominis est passio tantum humanæ naturæ propriissimè, utique non erit propriè Dei passio. Et per consequens: non erit passio satisfaciens & redemptrix. Verum non erit, quod Deus sit passus. Bene Hieronymus apol. 1. adversus Ruffinum: *Quando dico tropicam doceo verum non esse quod dicitur, sed allegoria núbilo figuratum.* Tatianus benè ad Græcos: *Credite mihi ó Græci, unde τὸς θεὸς, unde τοὺς θεὸς ὑμῶν ἀλληγορίῳ ἢ ne vestras fabulas, vestrosq; Deos in allegorias transformate.* Nam si istud facitis, tum quæ apud vos Deitas funditus tollitur etiam à Vobis. Quæ verba benè novent Zvingliani. Si enim Deus passus est per tropum: Si natus per tropum: si homo Christus nobis adest per tropum: verum non erit, quod Deus sit passus, quod Deus sit natus, quod Christus homo nobis absit. Tollenda erunt ista plane è medio. 2. Si filius hominis proprio & germano sensu pro humana Christi natura duntaxat ponitur, utique impropriè personam notabit, aut humana natura erit tota persona. Posterius absurdum. Prius ergò sequetur. Unde statuit nec morti Christi esse fidendum, nisi per alloesin, ut statim dicitur; imò morte sua Christum vitam ac salutem acquisivisse, & secundam humanitatem suam nos redimisse disertè negat tom. 1. f. 250. l. a. b. ad Valentinum Comparem. Sic ait: *Cum enim Christum nos juxta humanam naturam redimisse dicis, non rectè nec propriè loqueris. Si enim sola humana natura nos redimere potuisset, jam nequa-*

Tropicè quæ dicantur.

B 3

quam

quam opus erat, ut Deus humanam naturam assumeret: quin potius alium quempiam mortalium subornavisset, qui tantos labores, molestias & ipsam quoque mortis acerrimam luctam sustinuisset. Sic ergo tibi loquendum est, Christus nos morte sua redemit, eò quod is, qui pro nobis mortuus est, Deus fuerit. Redemptio enim proprie divinitatis est, ipsos vero mortis dolores & arumnas humanam naturam sustinere oportebat. Hanc enim ob causam ipse quoque Dominus inquit Joan. 8. Si vos filius liberaverit, verè liberi eritis. Per filium Dei ergo fieri oportet, ut verè liberi reddamur, quemadmodum hæc Christi verba luce clarius testantur. Redemptio itaque ad divinam naturam referenda est, quamvis ipsa mors non nisi humana convenire possit. Cum verò redemptionis mysterium corpori vel humanitati Christi tribuitur, hac ratione fieri consuevit, qua alterutra natura, quod alterius proprie est, tribuitur, eò quod (ut supra quoque dictum est) amba natura propter conjunctionem illam inseparabilem unum Christum duntaxat constituent. Ad hunc enim modum ipse dominus Johan. 6. cap. dicit, Panis quem ego dobo, caro mea est, & salus mundi per carnem suam, id est per mortem, quam humana natura sustinuit, parata & acquisita sit: quod tamen fieri nunquam potuisset, nisi & verus homo & verus Deus fuisset. Unde illud Irenæi; Christi corpus ad resurrectionem nos pascere, exponit saltem per hoc, quod certum periculum prabeat, quod & nos resurrecturi sumus, & in apologo, ad B. Luth. Sermone contra Suermeros f. 370. b. ait. unde constat eam quoque fidem, quæ Christo Jesu Domino nostro confidimus proprie circa divinitatem ejus versari super hanc adificatam

tamen esse & huic inniti & a. Hinc quærit: Quid ergo, in-
quis, humana in Christo natura est? Et resp. Divina
gratiæ pignus certum & infallibile. Et statim eadem
pag. Fidei ergo nostra, fundamentum proprium & ger-
manum divinitati innititur, nec usquam per corporalem
manducationem quicquam nobis conferritur Christus pollici-
tus est. (de quo tamen alibi ait in Exegesi ad B. Luth.
f. 152. b. quod si manifesta scriptura, (eu, ut parati sunt
Calviniani, & manifestæ scripturæ ob præconceptam
opinionem contradicere, si & ita loqueretur, prout
sermones formatos postulant, planè ut Photiniani, qui
urgent in Scriptura nō dici Deum esse hominem factum,
ac nihilominus fatentur, quod si non semel atque iterū,
sed satis crebrò & apertissimè scriptum extaret, Deum
esse hominem factum, multò tamen satius esse, quum
hæc res sit absurda, & sanæ rationi planè contraria &
in Deum blasphema, modum aliquem dicendi com-
minisci, quo ista de Deo dici possint &c. Smalc. hom.
in c. 1. Joh. p. 89. idem habet Socinus, quantum ad Sa-
tisfactionē l. 3. de Salvat. c. 6.) manducationi tribueren-
tur, animam lapsantem reficere, peccata condonare &c.
tamen se ista per allœosin esse expositurum, cum propria
sunt divinitatis, & pugnent cum vera ista εὐσεβεία unius
ac summi Dei. Et statim: Et nos consolationem cor-
pori tribuimus, quæ Spiritus modò est? En! ut uterque
divinam prætendit gloriam. Quanti scripturam fa-
ciant? Et edisserat nunc Zvvinglius, an magis Deo sit
ignominiosum, pati & mori, quàm fieri carnem: ma-
gis gloriæ divinæ dēcedat, si dixerimus, humanam
Christi naturam nos consolari, ejus præsentiam nobis
prodesse

prodesse (Sic enim l. d. f. 353. a. *Auferrī carnem nobis oportet, ad nihilum enim ejus presentia prodest: Spiritu consolatore nunc opus erit &c.*) quā si dixerimus, subsistere eam infinitā τὸ λόγος ὑποστάσις; esse hominem Deum benedictum in secula. Rom. 9. Et monstret nobis quomodo satisfactio Christi tandem subsistat, si redemptio ad humanam naturam haud referenda? Photinianismus introducatur, & deleantur, quod absit, scripturae dicta, quae fieri remissionem peccatorum sanguine, in sanguine, per sanguinem & mortem testatur Hebr. 9, 22. 2, 14. Matth. 26, 28. Rom. 5, 9. 10. 1. Job. 1, 7. Esa. 53, 5. Precium dicitur mors Christi & λύτρον, non tantum pignus, Matth. 20, 28. 1. Tim. 2, 6. Esa. 53, 10. Et ea est differentia inter sanguinem Christi & martyrum, quod & horum quidem sanguis testis sit futurae resurrectionis & esse possit 1. Cor. 15, 29. 32. Ebr. 11, 13. 37. c. 12. sed per Christi sanguinem, habemus redemptionem Eph. 1, 7. redimimur Ebr. 3, 12. justificamur Rom. 3, 24. lavamur à peccatis Apoc. 1, 5. purgamur 1. Pet. 1, 19. Resurrectione carnis ejus regnabimus in Spem vivam 1. Pet. 1, 3. resurrexit enim propter justitiam nostram Rom. 4, 23. & servat nos per vitam suam Rom. 5, 10. Haec omnia, Zvvinglij si obtinet doctrina, una litura delenda erunt, & nequaquam sanguini, sed soli divinitati erunt ascribenda, & dicemur improprie redimi per mortem humanae naturae, quod ut plane Photinianum & impium, ita haud veritus est asserere Zvvinglius.

IX. Altera species est, quando *subjectum à concreto persona denominatum per unam ex naturis tantum exponebat.* Sic ait l. d. fol. 403. b. *Ad eundem modum in Evangelio*

Evangelio quoque hic loquendi mos de Christo usitatissimus est. Primum enim Christus, qui Deus simul & homo est, PRO ALTERA DIINTAXAT NATURA USURPATUR. Ut cum apud Lucam cap. 24. inquit. Nonne hac oportuit pati Christum & intrare in gloriam suam? Hic Christi nomen pro humana solummodo natura positum est: hac enim pati simul & mori poterat, divina autem nequaquam. In Exegeti f. 352. a. Qui credit in me, non credit in me, sed in eum, qui misit me. Hic prius in ME Christum Deum significat: posterius autem IN ME Christum hominem. In hunc sensum: Qui me fedit, quatenus Deus sum, haud dubie fit, (legendum dubio procul, fedit) creatura enim nemo fedit. Nemo ergo quatenus homo sum, me fedit. Omnis enim spes in eum est jacienda, qui me misit. Et tu ejus humanitati rerum summam & infinitatem tribuis, quæ ipse tam aperte à se molitur? Creatura quisquam fidendum esse unquam docuit? Soli Deo nitendum est. Si dicat aliquis: Morti Christi fidendum est, pro nobis enim eam pertulit. Respondemus: Certos quidem fieri tanquam pignore, misericordia Dei per mortem Christi justitiamque divinam placari: at perpetuo cui fidendum est, solus Deus est. Nihil tamen moramur hujusmodi sermones, Fidere morte filij Dei, sicut neque ullos alios, qui de ALTERUTRA NATURA in Christo dicuntur, cum sint alterius tantum. Ad Carolum Imperat. 538. b. Pro nobis perhibet Christum passum esse Petrus, cum sola humanitas pati possit. Et respons. ad B. Luth. librum de Sacram. f. 405. b. Bene hæc (extra Christum nec Deum, nec divinitatem ullam esse) pronunciares, si quidem per Christi nomen di-

C

vinam est.

Si in Christum non fidimus, quatenus homo est, nec ipsum fidimus, quatenus mortuus est. Mortuus enim est, quatenus homo est. Ubi igitur consolatio Christiana, quæ in morte Christi posita dicitur?

En morte Christi certi tantum sumus: Eiverò fidendum non

divinam duntaxat naturam per Heterosin aut Allœosin intelligeres. Christus enim Deus verus extra seipsum nihil aliud esse potest &c.

X. Unde patet i. Vanissimos esse adversarios, qui nos sic argumentantes introducunt: Christus; ait: *Ubi duo vel tres congregati sunt in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* Ergo humana natura est omnipresens. Et hic Sohnius, Sadeel, Massonius, cœlos & sidera clamant, quasi ineptissimè à persona ad naturam fieret desultatio, cum nos ita nudè haud concludamus: adversarijs verò id usu sit receptissimum. Sic enim Zvvinglius Calvinianorum Patriarcha. Ego, id est, sola divinitas est vobiscum usque ad consummationem seculi; Christus patitur, id est tota humana natura. Non possum ego à me facere quicquam, id est humana natura &c. in Exeg. f. 351. b. in Respons. ad B. Luth. f. 403. b. 405. b. In plana & brevi instit. f. 284. b. 2. Massoniū non unius vitij; seipsum constringere, duam concludit i. Ἀλλοίωσιν Zvvinglianam planè convenire cum ἀντιδοτέῃ & ἀλλοιώσει antiquorum. Audiemus igitur

p. 119.
Patrum ἀλλοίωσις à Zvvinglij distat longissimè.
Damasceng.

ἀλλοιώσεως Patrum descriptionem ex Damasceno, eamque accommodabimus ad Zvvinglium, visuri an lux possit cum tenebris coire. Sic ait Damasc. l. 3. O. F. c. 4 f. 180. Et quando ex una naturarum filius Dei & Deus nominatur, SUSCIPIT CONSISTENTATÆ naturæ, id est carnis propria, Deus passibilis nominatus, & Dominus gloriæ crucifixus, non secundum quod Deus. sed secundum quod homo idem est. Et quando dicitur homo & filius hominis, suscipit divine substantiæ propria, & glorificationes, puerulus ante sæcula & homo sine principio

cipio, non secundum quod puer & homo, sed secundum
 quod Deus (qui est ante sæcula) factus est in novissimis ^{Ἀλλοιώσεως}
 puer parvulus. Et iste modus est alternationis, alter- ^{fundamen-}
 natæq; attributionis utriusq; natura, alterutri propria ta.
 vicissim reddentis propter hypostaseos identitatem ET
IP SARUM INVICEM IMMANENTIAM ac in se in-
 sionem. Secundum hoc possumus dicere de Christo, hic
 Deus noster in terra visus est & hominibus conversatus
 est, & homo iste increatus est, impassibilis & incircum-
 scriptus. Et c. 3. f. 172. Et quæ humana sunt, Verbum sibi
 attribuit peculiariq; facit. Nam ipsius sunt ea, quæ
 sanctæ ipsius carnis, sunt & tradit ^{μετὰ δόσεως τῆ σαρκὶ τῶν}
^{ιδίων κατὰ τὸν τῆς ἀντιδόσεως τρέπον διὰ τὴν εἰς ἀλλήλα}
^{τῶν μετῶν ὡς ἐχάρισον} carni propria sua secundum alterna
 tributionis modum propter naturarum in se invicem ac-
 cessionem ac immanentiam, & secundum unam hyposta-
 sin unionem: & quod unus erat & idem, qui divina &
 humana operabatur in utraq; forma, cum alterutrius com-
 munionem. Quare & Dominus gloriæ crucifixus dicitur,
 etsi divina ipsius non patiente natura: & filius hominis
 ante passionem in cælo esse confessus est, ut ipse Dominus
 dixit. Hæc ille, En! Damascenus ait perspicuè Deum ex
 una naturarum appellatum ^{δέχεσθαι τὰ τῆς συνουφηση-}
^{κίας φύσεως ἰδιώματα} suscipere consustentata (una con-
 sistentis) natura propria, & hominem ^{δέχεσθαι τὰ τῆς}
^{θείας ἢ σίας ἰδιώματα καὶ ἀυχήματα} suscipere divina natu-
 ra propria & glorificationes, & ^{ἀντιδόναι τῆ ἑατέρα τὰ}
^{ἴδια} & vicissim reddere alteri propria, ita ut *citra tropum*, ^{Zvvinglius}
 Deus vere sit passus & passibilis carne: & puer sit increa- ^{negat Deum}
 tus, indivisibilis. At Zvvinglius cum Martyre & alijs ^{esse passum.}

Calvinianis (Martyr in dial. p. 35.) *Deum esse passum* (α) negat, ac ubi concedit (β) phrasin, negat tamen Deū suscipere consubstantis suæ naturæ propria, sed humanam naturam Dei loco substernit, ut ineptissima foret B. Damasceni & antiquitatis alloëoseos expositio hæc: *humana natura suscipit consubstantis humane nature propria: & vicissim: Deus reddit Deo unito propria, & homo id est, divina natura suscipit divine nature sibi unite propria & glorificationes.* Quæ omnia, ut vana & profana, ita ex Zvvinglij alloëosi sequi patet ex dictis. Hic sequentia etiã ascribemus. Fol. 458. a. *Quid queso dici potest blasphemum magis? (Scil. non solum naturam esse passam humanam) Num Deus quoque pati potest? Ergo eundem & mortuum etiam esse fatebimur.* Idem l. d. f. 457. a. *Hic (nempe B. Lutherus, quem sibi contradixisse malè fingit) omnia ea: quæ Christus patitur, Dei filium pati testatur. Interim verò Alloëosin, id est, permutationem admittere non vult. Illud ergo sequetur, quod persona Filij Dei mortem subjerit, & quod illa sibi ipsi opem ferre non potuerit. En! ne personam quidem passam dicit. Verè igitur unio personalis fuit soluta.* Fol. 458. a. *Si Deus meus aliquo modo esset passibilis, Deus certe hunc meum esse nunquam agnoscam? Cur non & sic? Si aliquo modo esset homo &c. Eadem enim ratio, ut dicitur. Ait Damascenus, eam esse naturam atternate attributionis, ut propter hypostaseos unitatem una natura alteri tribuat, concedat, vicissim largiatur sua propria, & altera propria consubstantis naturæ recipiat.* Zvvinglius diappōndu contradicit, quando negat, *humane nature divina, & divina homini*

Damascenus
in agentem a-
bit partem:
qui igitur
cum Zvwin-
glio consen-
tit?

Deum pas-
sum esse
blasphemum
est Zvving-
lio.

homini tribuenda esse. Sic ait loco supra producto :
 Christus etiam si unam naturam nominans alteram velit
 intelligi, nunquam tamen humana natura tribui vult,
 quod solius divinae est, nec huic tribuit, quod in solam hu-
 manam potest competere, quemadmodum seq. clarius do-
 cebunt. In Exeg. f. 351. b. Divinitati propria dicuntur
 quidem, sed non tribuuntur humanitati. Fol. 452. b. Pa-
 lam pugnant duo isti loci (Luc : 22, 29. Matth. 20, 28.)
 cum uterq. Christi verba contineat, & pugna haec non alia
 ratione discerni potest, quam, ut ad solam humanitatem
 illud referamus, quod sibi ipsi negat Dominus, & ut ad so-
 lam divinitatem omne illud referatur, si quid eximij &
 excellentis sibi tribuit. In plana & brevi institut.
 f. 284. b. eadem repetit. En contradictio manifesta:
 Damascenus, ait: Verbum $\omicron\nu\epsilon\iota\varsigma\tau\alpha\iota$ appropriat sibi hu-
 mana, & $\mu\epsilon\lambda\alpha\delta\iota\delta\omega\omega$ impertitur, tribuit carni $\tau\alpha\ \iota\delta\iota\alpha$; &
 caro $\delta\epsilon\ \chi\epsilon\lambda\alpha\iota$ suscipit, recipit $\tau\alpha\ \tau\eta\varsigma\ \delta\epsilon\iota\alpha\varsigma\ \delta\iota\omega\mu\alpha\tau\alpha$.
 Zvinglius expresse contradicens ait: non tribuuntur,
 Addo hic B. Cyrillum, qui & jam olim Nestorium
 verbalem communicationem largienti, ita respondit, ut
 per contradictionem expressam nostro contravenerit.
 Sic ait de Incarnat f. 377. in Syn. Ephes. Illius anime
 proprium tedere, contristari, & corpore emigrare, quem-
 admodum & carni quoq. peculiare est defatigari, cru-
 cifigi, exsuscitari, in altam sublatam collocari. Verun-
 tamen omnia **HÆC ET DEI SUNT ET DEI ESSE DI-**
CUNTUR. Dei enim est anima, Dei est caro. Et statim
 f. 378. Dei itaq. est passio, Dei resurrectio, Dei assumptio,
 Dei deniq. illa nobiscum per omnia similitudo, peccato
 excepto: neq. imaginarie, sed vere omnia in eo fuerunt.

f. 405. b. In
 Resp. ad
 Luth. libr. de
 Sacram:

Respon.
 Confess.



ἀληθεία τὰ πάντα γέγονεν ἐν αὐτῷ. Idem ad Theodos. de recta fidel. d. f. 33. Arbitror enim Dei Verbum post assumptam semel carnem ab humana natura conditionibus ἕτε τῶν ἀνθρώπων ἀπαλλαγῆναι παντελῶς τὸν ἐκ Θεοῦ λόγον neq; ullo modo verbum ex Deo liberandum humanis: neq; humanitatem, si in Christo intelligatur gloria, que Deum decet, privandam.

Fundamen-
tū ἀλλοίω-
σεως Ortho-
doxa, quod-
nam sit.

XI. Sed & fundamentum hujus Communicatio-
nis & ἀντιδόσεως probè observandum quod est, juxta
Damasc. & veritatem non solum *identitas persona*, hanc
enim & Nestorius dabat, sed & *mutua naturarum*
ἑνωσις, ita ut sit *communio naturarum in persona*
non tantum ἔς respectu persona, ut Christus sit & dica-
tur Deus & homo, & una sit utriusque naturæ hyposta-
sis, eique naturarum propria attribuuntur: Sed etiam
*verissima communio inter ipsas unitas personaliter na-
turas*, ut Deus sit & dicatur homo, & hic sit & dicatur
Deus. Quā naturarum εἰς ἀλληλα sive inter se commu-
nicationē negarunt Samosatenus & Nestorius: negant
Zvvinglius, Massonius & qui eos sequuntur condentes
divinæ divina humana humana tantū esse tribuenda,
Imò B. Damascenus cum integra antiquitate Orthodo-
xa ἀλλοίωσιν & ἀντίδοσιν ita definit, ut inde & communi-
catio operationis oriatur, ubi unus sit ἐνεργῶν operans,
divina, humaneque ἐν ἐκατέρῃ μορφῇ μετὰ τῆς ἰατέρας
κοινωνίας in utraq; natura cum alterius (naturæ scil.)
communicatione, At Zvvinglius: humane natura huma-
na tantum; divina divina duntaxat ascribit, easque ita
conjungit, ut bos ἔς equus unum currum trahentes, ubi
ut supra dictum, unū quasi ἀποτελεσμα est currus pro-
motio, sed nulla inter naturas, nulla inter actiones
com-

communicatio, ut posses dicere: *equus trahit currum equo-bovina facultate: & bos bovino-equina* (liceat sic loqui) bovina, ut propria: equina, ut communicata. Sic enim hinc inde mortem à redemptione dirimit, ut illam *soli humana nature*, hanc verò *soli divine* ascribat, ut dicitur mox. Nam *secundum carnem mactari tantum potuit, & secundum divinitatem tantum salutaris esse*, ut ait in Comment. de vera & falsa religione tom. 2. f. 204. a. Qua fronte igitur contendit Massonius, Zvvinglium piæ antiquitati in describenda allæosi convenire? Et promiserò quævis, si Zvvingliana allæoseos definitionem ex Patribus eruerit.

XII. Et in eo se erroris constingit, dum ait, *Marpurgi convenisse B. Lutherum & Zvvinglium, quod Christus Dei & Mariæ filius indivisibili persona pro nobis sit crucifixus &c.* Siquidem ut id demus: sufficit crudas suas opiniones Zvvinglium tunc tēporis vel occuluisse, vel postea saltem, aut recoxisse, aut de integro commentum esse. Et sanè libri, unde definitionem petivimus allæoseos, post habitum colloquium demum prodire.

XIII. Sed & mendacij se arguit, dum (α) *iracundia B. Lutheri ejusq; affectorum & pruritu vincendi ad-* p. 119.
scribit, quod invehantur in hanc Zvvinglii ἀλλοίωσιν.

Dum (β) ait: *B. Lutherum presentiam Sacramentalem* p. 119.
Ubiquitate voluisse comprobare. Dum (γ) contendit,

Allæosi idem Zvvinglium voluisse probatum, quod B. In allæosi
Lutherus communicatione Idiomatum, & synecdoche. Zvvinglij

Non enim i. ex pravo quodam affectu, sed pio, & qui
secundum scientiam est, Zelo, in impiam istam sen- pio zelo inve-
ten- bimur.

B. Lutherus
 præsentiam
 Sacramenta-
 lem ex præ-
 senti gratio-
 sa non com-
 probavit.
 p. 119.

tentiam vehementes sumus. Quacunq; enim doctrina Nestorianismum plenis velis ex orco revocat, Christum inutilem quoad salvandi munus, efficit, in eam nemo non piorum advertere tenetur. Sed ista Zvvingliana allœoseos doctrina est ejusmodi. Ergò. Minorem hinc inde confirmavimus & modò probaturi sumus. Nec minus Massonianum est, quod asserit B Lutherum præsentiam corporis Christi in sacra cœna realem Ubiquitate voluisse confirmare. Contrarium constat ex B. Lutheri libris de hac re editis, & illo ipso, quem citat adversarius, contra Sacramentarios, ubi unicum fundamentum suæ ponit expositionis, verum & genuinum, verba videt. institutionis: Das sind die wort darauff wir pochen/die sind so einfeltig vnnnd klar geredt/das auch sie/die wieder sacher müssen bekönnen/es koste mühe/biß man sie anders wohin ziehel vnd lassen doch solche Helle wort stehen vnd gehen ihren gedanken nach/machen jnen selbst, Finsternis in das helle Licht com. 2 VVitteb. f. 94. b. Ibidem p. 95 Darumb bleiben wir stracks bey den wortten/vnd thun darnach Augen vnnnd sinne zu/weil jederman weiß was da heisset/das ist mein Leib/vnd sonderlich da er hinzu setzet/der für euch gegeben wird. Wir wissen ja was Christus Leib ist/nemlich von Maria gebohren/der gelitten/gestorben/vnd aufferstanden ist. Ac quamvis fol. 96. b. præsentia gratiosæ his meminerit verbis: Item/wir gleuben/das Jesus Christus nach der Menschheit sey gesetzt über alle Creaturen vnd alle ding erfülle/wie Paulus saget an die Ephefer/ Ist nicht allein nach der Gottheit/ sondern auch nach der Menschheit ein Herr aller dinge hat alles in der Hand/vnd ist überall gegenwertig. Solich nu den geistern folgen/die da sagen/es schicket sich nicht/so muß ich Christum verleugnen. Wir lesen von Stephano/das er sprach/ich sehe die Himmel offen/vnd des Menschen Sohn zur rechten G. D. nes stehen. Wie sieht er Christum? Er darff die Augen nicht hohe empor werffent

feil/ er ist vmb vns vnd in vns an allen Orten. Davon ver-
 stehen die Kotten geister nichts/ daher sprechen sie / Er sthe zur
 rechten Gottes/ was es aber ist / Christum gen Himmel fahren
 vnd sitzen zur rechten des Vatters/ wissen sie nicht. Es gehet
 nicht also zu/ wie du Auffsteigest auff einer Leutern ins Haus/
 sondern das ist/ das er vber alle Creaturen/ vnd in allen vnd
 auffer allen Creaturen ist. Das er aber Leiblich hinarffge-
 nohmen ist/ ist geschehen des zum Warzeichen & c. Attamē illic
 loci suæ sententiæ fundamentum ne unquam ponit, sed so-
 lum declarat, immenso rei fidei agros rationis decempeda non
 fore metiendos, sive à claris & perspicuis verbis, quò minus eis cre-
 damus non esse recedendum, quamvis quomodo res ea se habeat,
 & quomodo fieri possit, nullatenus habeamus. Duos enim
 f. 95. adversariorum ardetes imbelles profert: Nun haben sie
 fürnemlich zwen ding / die sie außbringen wieder vns. Zum
 ersten sagen sie/ Es schicke sich nicht das Christus Leib vnd Blut
 sol im Brot vnd Wein seyn. Zum andern/ Es sey nicht von
 nöthen. Das sind fast ihre besten Gründe/ darauff sie bau-
 en / die wollen wir sehen. Ad primum respondet: Auuffs-
 erste/ möcht ich eben so wol sagen/ es reimet sich nicht/ das Gott
 herab solt vom Himmel kommen/ vnd sich geben in der Mutter
 Leib/ das der/ der da alle Welt speiset/ erhelte vnd beschleust/ leß
 sich Speisen vnd beschliessen von der Jungfrauen. Item/ das
 Christus ein König der Ehren/ dem alle Engel müssen zu Füße
 fallen/ vnd alle Creaturen für ihm Zittern / sich so herun-
 ter wirfft/ vnter alle Menschen/ vnd sol sich lassen ans Creutz
 hengen/ als den allerschendlichsten Vbelthäter / dazu von den
 ergesten verzweiffelsten Menschen. So wolt ich auch daraus
 schliessen/ Gott were nicht Mensch worden/ oder der Gerechtig-
 ce Christus were nicht Gott. Also sagen sie auch / Es schickt
 sich nicht/ das Gott im Sacrament so viel Wunderwerck sol
 thun/ als Die er sonst nirgend thut. Denn das wir glauben
 das der emige Leib Christi an hundert tausend enden sey/ so viel
 Brodes gebrochen wird/ vnd das mit dem Brod vnd Wein
 Warhafftig vnd wesentlich ingegen sey/ dargereicht vnd em-
 pfangen

pfangen werde/ der Leib vñnd Blut Christi / das halten sie für ein vngleubig ding/ machen grosse wunder davon. Sehen aber nicht/ das es eitel vnnütze gedanken sind/ denn wenn mans also wil messen/ so müste man keine Creatur bleiben lassen. Denn wenn ich solte vñnd könnte die Creaturen ausmessen/ vñnd mit wortten austreichen/ soltestu eben so grosse/ ja noch grössere wunder darinne sehen/ als in diesem Sacrament. Hinc docet multa dari, quorum τὸ πῶς nos fugiat & in naturalibus, & spiritualibus, quæ tamen, spiritualia, nihilominus credenda sint, idque docet exemplis (a) anima, quæ in toto corpore tota & in quavis corporis parte tota existat: quæ una cogitet, loquatur, videat: (b) oculi (c) auditus &c. (d) Verbi, quo Christus habitare in nobis, & mille cordibus incipiat, nec tamen descensu aut ascensu opus habeat (e) partus virginalis, præsentia gratiosa & tandem Stephani visione f. 95. 96. 97. Quis verò unquam fingere saltem ausus fuit, B. Lutherum præsentia corporis & sanguinis in cœna realis fundamentum petiisse, ex anima existente in corpore: oculo comprahendente vel mille capita: voce in aere evanescente, qua tamen regitur exercitus: Verbo, per quod Christus inhabitat cordibus fidelium, aut Stephani visione, quam subjungit? Proinde distinguendum inter fundamenta κατὰ σκευασινὰ, & inter fundamenta ἀνασκευασινὰ quibus adversarij arietes deijcimus. Inter illa hanc præsentiam, nisi per ἀνδραποδογὴν nunquam collocavimus: In his verò necessario ejus faciendâ erat mentio.

Dantur multa comprahensu difficillima.

Calviniana expositionis in Sacramenta tria fuere fundamenta.

XIV. Fundamenta sectæ Zvvingliana, quo minus τῶ πῶς subscriberent, tria fuisse recitat P. Melancthon in Epist. ad Job. Saxon. Elect. & certè ita serem habere

cx

ex Zvvinglij libris constat. Primum erat desumptum
 ex Joh. 6. Caro non prodest. De his Zvvinglius in Exege-
 si ad B. Lutherum f. 336. a. Lex perpetua est. quoties qua-
 sitionem istam quis movet, ut ad hunc ante omnia sermo-
 nem adducatur: Spiritus est qui vivificat, caro non prod-
 est quicquam. I nunc Lutbere, & querere nihil mal-
 gmatu conscientiarum vestrarum vulgneri adhiberi. Cum
 tam aperte jam pateat, carnem ad edendum nihil prodes-
 se. Quomodo tibi nemo hiscit? Nonne paulò ante requi-
 rebas ut locus adferretur, qui compelleret sensum vestrum
 esse falsum. Hic, Hic Lutbere compellit, audin, siste gra-
 dum: noli aliud querere, in portu navigas. Hic murus
 abeneus esto, $\Phi\omega\nu\delta'c\pi\mu\theta$. Vos queritis an ista ver-
 ba, Hoc est corpus meum, naturaliter sint atq; simpliciter
 intelligenda, quod corpus Christi edatur. Et Christus me-
 dicus (hinc enim Jesus hoc est servator ac pater patria
 appellatur) respondet. Caro non prodest quicquam. Ab-
 stinete igitur ab ea, nisi parere medico non vultus, &
 discite, corpus Christi appellari, non esse, tam panegyrim
 quam symbolum, quod in ea circumferimus. Discite tro-
 pum esse, non $\alpha\tau\epsilon\gamma\tau\omega\nu$ aut simplicem sermonem. Eodem
 loco f. 347. a. Ubi dixit, in cena, nomine corporis intel-
 ligi commemorationem mortis Christi, sicut festum ascen-
 sionis vocetur ascensio. Cum minime ascendat amplius,
 addit: Ad seris nos imprudentes cogitationes, quae dicant,
 Quomodo potest in pane corpus Christi, & simul in tot lo-
 cis edi, secutos esse. Ubi iterum toto eras caelo, nec fra-
 rum satisfactionem accipis. Felix sit & faustum quod
 dicturus sum, omnisq; fascinator absit. Fide didicimus car-
 nem non esse datam ad edendum: Fide enim perspectum

D 2

babemus

Mirum! Ipse
 Zvvinglius
 fol. 204. a.
 205. a. 203. a.
 negat Chri-
 stum hinc loci
 Job. 6. quic-
 quam de sa-
 cramentali
 cibo & usu
 loqui. Quis
 gitur institu-
 tionis verba
 clarissima ex
 hoc refutari
 poterunt?

A corpore
 Christi absti-
 nendum esse,
 suadet
 zvvingl.

habemus nos salvos fieri per Jesum Christum: omnia nobis cum illo donari: per eum nos esse filios Dei factos. Quid caro manducata super his omnibus faceret, non inveniebamus in divinis oraculis. Pollicentur multi multa, si carnem edas: sed quæ isti pollicentur, non habet rata summus imperator & iudex. Accedebat toties prædicta caro abitura. Hæc nos coegerunt paulò propius intueri scripturæ tropos & ingenium, sic cogitantes, Quid si verba Christi, quandoquidem caro non prodest quicquam ad edendum, pro linguæ hujus proprietate alium sensum, quàm qui tantopore cum tot scripturæ locis pugnat, reddunt? Eadem habet in Comment. de vera & falsa Relig. fol. 211. a. Volumus autem, quod in his anxiiis verbo-

En Zwinglij rum excussionibus, nemo se offendi patiatur: non enim excussiones a-
eis nitimur, **SED HOC UNO VERBO**, Caro non prodest
lic, quo loco quicquam: quod verbum firmum satis est ad compellen-
habenda, dum, quod **EST**, hoc loco pro significat vel symbolum est,
ponitur, etiamsi sermo ipse penitus nihil haberet, quo sensus hic deprehendi posset. fol. 206. a. Et si nunc ò cælum ò terram, clames, quin etiam stellas & maria, aliud non dicam, nisi, Caro non prodest quicquam: cur ergò de ipsa curiosus rectius quàm sollicitus es? Hic ergo murus a-

NB. beneus esto: Caro non prodest quicquam. I. nunc & machinas omnes admove, Katapultas, arietes, vineas & omne telorum genus, tam aberit, ut convellas, ut ne concutere quidem possis. Aliter ergo de carne & sanguine hujus sacramenti sentiendum est, quàm Theologi hæcenus statuerint. Quorum opinioni **OMNIS SENSUS**, ratio, intellectus & fides ipsa reclamant. Ibidem. b. **est istud,** Quod autem non tradiderit, manifestum est, quia caro pe-

non ita ob-

mitte

nitus nihil prodest. Ita: Caro nihil penitus prodest. Ergo non
 debuit os ullum de corporea carne ultra loqui audere; fol.
 207 b. Ergò humana temeritas nusquam de ea debet di-
 sputare: fol. 205, a. Cur non & ita Zvvingli? Ergò &
 de carne in mortem pro nobis tradita ultra loqui haud
 debemus? nihil de ea disputare? Impiè. En primus &
 unicus Zvvinglij impulsus: Per Christum salvi futuri
 sumus: Caro ejus nihil prodest. Ergò verba canæ
 alium requirunt sensum tropicum. Vide, non ex ver-
 bis canæ, sed ex ratione principium exponendi fecit,
 & hinc demum de verbis institutionis pervertendis
 fuit sollicitus. Cur non & ita Zvvingli? In Christo o-
 mnia habemus: Ergo baptismus non erit lavacrum rege-
 nerationis, Tit. 3. Ergò baptismus nihil plane operatur.
 Ergò prædicatione Evangelij Timotheus se suosq; audito-
 res salvos facere haud potest. 1. Tim. 4. Ergò prædicatio-
 ne opus non erit, imò nec fide? Sed & hinc tropi & topi
 confingendi? Et sanè confingis. Sic enim Joh. 3 ubi
 aqua & Spiritu regenerari dicimur, aqua tibi est gratia
 & celestis illuminatio, Respons. ad B. Luth. librum de
 Sacram. 394. a. Nullum, ais tamen scriptura locum ad
 eum sensum referre licebit, qui Joh. 3. cap. extat. Ubi
 Dominus dicit, Nisi quis natus fuerit ex aqua & Spiritu
 & c. præter eos in quibus aqua simili sensu pro gratia Dei
 & celesti illuminatione ponitur. Ad libellū Struthionis
 fol. 313. ubi conclusit, non magis Christum esse in baptis-
 mo aqua, quam consue verit esse in toto Oceano scil. juxta
 B. Paulum, quotquot in Christum baptisati estis, Chri-
 stum induistis Gal. 3, 27. baptismus est lavacrum rege-
 rationis

strepant &
 tumultuen-
 tur, si est su-
 matur pro
 Significat:

Videatur dis-
 put. de
 Suensfeldia-
 visuo Calvin.
 ubi multis
 testimoniis
 adversarios
 hujus convi-
 cimus hæ-
 reseos.

rationis Tit. 3. 5. regimur per aquam & Spiritum Job. 3. 5. baptismus nos servat, & est stipulatio bonæ conscientie I. Pet. 3, 21. juxta B. Patres, qui aquam baptismalem λύτερον, δι' & τὰς ἀμαρτίας ἀπορροῦσόμεθα Clemens Alex. l. 1. pædag. c. 6. λύτερον captivorum, mortem peccati, vehiculum cæli, Basil. in exhortat ad baptismum Tom. 1. p. 209. aquam vitæ Just. M. in dial. cum Tryph. Tom. 2. p. 231. Sacramentum salutis æternæ August. l. 2. c. 13. contra Crescent. Gramm. nuncuparūt, quorū similia forte & de Oceano tradit Spiritus mendax nocturnus Zvvinglij:) Nec enim ideò baptismus dari solet, ut in homine quicquam operetur, sed ut novo huic tyroni, qui militia regis nostri Christi nomen dat, commune illud populi Dei signum conferatur. Et f. b. l. d. Non licet sic argumentari: Deus gravi præcepto circumcisionem iniunxit: ergò in hac aliquid homini confertur, vel magnæ illius vires sunt. Nam fœderis duntaxat signum est, ut Gen. 17. videre licet: unde ijs duntaxat dari consuevit, qui jam ante fœdere hoc continentur. Quare illud necessariò consequi poterit: Quemadmodum circumcisio gravi autoritate populo Dei injuncta est, interim verò hominem justificare nequaquam potuit: ita nec Baptismus homini justitiam conferre potest, sed signum potius est ejus, qui jam ante vel fidem habet, vel membrum Ecclesiæ est. In Exegesi f. 347. a. Nos putamus fidem ex verbis hauriri non posse: sed fide magistra que proponuntur, verba intelligi. Nisi enim credideritis, non intelligetis. Et rotundè in comment. de Vera Relig. Fol. 210. a. Et quicquid corpus, quicquid sensibile, fidei objectum esse nulla via potest. Vnde

Vnde subsumo: *Mors Christi est sensibilis: corpus Christi pro nobis in mortem traditum, est sensibile. Corpus Christi in cœlo existens est sensibile. Ergo fidei objectum esse non poterit. Quod fidei objectum non est, in istud fiduciam collocare, credere & sperare haud debemus. Corpus Christi in mortem pro nobis traditum, mors Christi, corpus Christi in cœlo non sunt objectum fidei. Ergo in mortem Christi ejusq; humanitatem, fiduciam ponere, sperare haud debemus. Impium & omnis consolationis Christianæ everisionem inferens conclusum. Aliter B. Paulus Eph. 5, 29, 30. 1. Cor. 1, 23. Job. 19, 25. Rom. 5, 9. 1. Job. 1, 9. Job. 6, 54. &c. Aliter Antiqui: B. Max. Taurinus hom. 3. in pasch. p. 220. Ubi portio mea regnat, regnare me credo. Ubi sanguis meus dominatur, dominari me sentio: Ubi caro mea glorificatur, me gloriosum esse cognosco. August. lib. de agone Christi. c. 11. Erigat spem suam genus humanum, & recognoscat naturam suam & videat, quantum locum habeat in operibus Dei &c. Sed Zvvinglius non solum dominium carni, sedenti ad dextram Dei planè denegat, sed & intercessionem & alia consolationis opera. Sic enim in Respons. ad Theobaldi Billicani epist. f. 263. a. Videmus his testimonijs perspicue, NIHIL ALIUD OPERÆ CHRISTI carni prescriptum esse, quàm ut sedeat ad dextram Dei, donec redeat ad publicum tribunal disceptaturus cum gentibus fol. 356. in Exeg. Ut humanitas ad dexteram Dei sedet: ita divinitas sola regnat, sola administrat omnia. En, ut antiquitati contradicit! Ut rivulos consolationum occludit.*

XV. Haftenus

Calviniani
statuunt,
Christum
non posse esse
in cena.

XV. Haftenus primum & unicum ferè Zvvinglii argumentum habuimus, impientissimum sanè, quum iuxta illud & mors Christi nihil prodesset. *Secundum argumentum erat ab impossibili, Non posse scil. corpus Christi utpote dextera Dei, (recito hinc verba Zvvinglij in Exeg. f. 345. quæ probè attendens Massonius dicat, annon verè dixerint nostrates, adversarios Christum captivum tenere in cœlo) sic alligatum, ut nusquam nisi isthic esse possit ad extremum usq; judicij diem, præsens esse & in cœna, ut refert B. Phil. Melanchton. Sic enim Zvvinglius ipse in Exeges. Euchar. ad B. Luth. f. 350. a. ubi postquam dixit, eos verum dicere, qui humi reptantes, dicunt panegyrim appellatam esse corpus Christi, addit: Hac enim est questio, num corpus ejus edatur. Cùmq; negemus edi, cum alijs, tū ista potissimum ratione fulsi, QUOD CORPUS EJUS NON POSSIT ESSE IN PLURIBUS LOCIS simul, angelo etiam teste. Jam vobis incumbit, ut probetis corpus ejus ubiq; esse, non quod ubiq; imperet: id enim faciebat priusquam corpore vestiretur. Secundo, quod manifestarium ac novum errorem designas, cum dicis secundum humanam naturam dominum esse rerum omnium &c. En, in disputationem præsentia carnis gratiosa, quomodo tandem devenerint nostri, qui non tam confirmandi, quàm absurda repellendi gratia ea protulerunt, unde factum ut per ἀνθρώπου προφῆτα præcavendæ adversariorum exceptionis gratia & hoc argumentum nonnunquam in parte κατὰ τὸν ἀσινῆ non pro probando τῶ ἰντῶ sed neganda impossibilitate inveniatur. Ipsi igitur adversarij probationem possibilitatis nobis imposuerunt. Hi enim*

enim

enim, ideò verba institutionis significativè exposuerunt, quod impossibilem judicarent præsentiam; quod Calvin. suam juxta expositionem non ita obstreperent & tumultuarentur, verba hæc *Zvvinglij sunt comment. de vera & falsa relig. f. 208. a.*

XVI. Tertium erat à Patribus, de quibus peculiari libro Oecolampadius. Et hæc fuit descendendi ad hanc controversiam ratio. Ubi patet opido, i. B. Lutherum nullatenus fundamenta expositionis nostræ petiisse ex præsentia vel generali, vel speciali, imò ista, ut minus huic controversiæ commoda, expressè hinc removisse: sed adversarios omnipotentia divinæ limites posuisse, sicq; Orthodoxos coegisse, ut probarent, Christum humanitatem juxta certo cæli loco non esse alligatum, quin sit in medio duorum aut trium congregatorum in nomine suo, Matth. 18. & 28. quò dominetur in medio inimicorum Ps. 120. 1, Cor. 15. Sit in medio candelabrorum Apoc. 1. Falsissima igitur Apostata hinc nobis affinxit.

XVII. Nec minus criticè est, *in tertio.* Siquidem *Cassianus & D. Lutherus* appellant *synecdochen* non tropum Rhetoricè, sed *grammaticè* comprehensionem. Est verò hæc inter maxima differentia. Communicatio Idiomatum & synecdoche Cassiana, omnes voces in Propria & nativa sua significatione relinquit; ita ut Deus verè sit passus, verè & propriè natus; Zvvinglij vero allæosis veram & germanam rei proprietatem commutat, ut ipse ait tom. 2. f. 451. a. & sic mutat vocem Dei, in vocem humane nature, imò & nomine

*Lutheri
synecdoche
quid sit.*

E

totius

p. 94.

totius personæ unam tantum naturarum intelligit, ut demonstratum est. Nec tamen veretur, ut perfrictæ sanæ frontis est Massonius, denuò asserere, Zwinglium id ipsum sua asseruisse ἀδωότεν, quod B. Lutherus tom. 3. Jen. f. 455. f. 455. Audiemus Zwinglium, ubi hæc ipsa B. Lutheri verba citat in Respons. ad B. Lutheri Confessionem f. 457. b. Sed dicat hic aliquis ipsum Lutherum sui interpretem agere, cum paulò post sic addat: Illud enim omninò confitendum erit: Persona hæc (Christum demonstrans) patitur, moritur. Atqui Persona ista verus Deus est: Benè ergò & verè illud dictum est, Dei filius patitur. Licet enim altera quidem pars (ut sic dicam) utpote divinitas, non patiatur quicquam, persona tamen, quæ Deus est, in altera parte, humanitate nimirum, patitur. Quod perinde est, ac cum Regis filium vulneratum esse dicimus, etiamsi femur duntaxat illius vulnus acceperit &c. Hæc Lutheri verba sunt. Atqui hoc loco, Principes sanctissimi, Lutherum benè & Christianè illud dicere, non obscure animadvertere possumus, modo

PERSONÆ VOCABULUM PRO CHRISTO USUR-
ET, non pro eo, quod in persona hac potissimum & præcipuum est, Dei nimirum filio (alioquin enim non dicere solemus, Persona patitur) & quantum ad me spectat, verba hæc aliter esse dicta, nolim optare. Nostre enim sententia per omnia serviunt, nempe ut cum Dei filius pati vel mori dicitur, Dei filium pro humana in Christo natura accipiamus: ut cum hominem, cuius corpus solum vulneratum est, vulnus accepisse dicimus, hominis vocabulum pro corpore usurpari certò constat. En dolum! Primo per suum &c. B. Lutheri verba detruncat. Addit enim

NB.
 Christianè
 dicit: modo
 sic, nempe
 ut Zwingli
 optat, intelli
 git.

Dei filius est
 humana nat.
 patitur.

nim tom. 2. Witteb. f. 157. b. ubi eadem habetur con-
fessio, Gleich als man spricht/ des Königs Sohn ist Wund/
so doch allein sein Bein wund ist. Salomon ist Weise/ so doch
allein seine Seele weis ist/ Absolon ist schön/ so doch allein sein
Leib schön ist/ Petrus ist Graw so doch allein sein Haupt graw
ist. Denn weil Leib vnd Seele ein Person ist / so wirds der
ganzen Person recht vnd woll zugeeignet/ alles was dem Leibe o-
der Seele/ ja dem geringsten Glied des Leibes wiederfehret. Das
ist die weise zureden in aller Welt/ nicht allein in der Schrift/
vnd ist dazu auch die Wahrheit/ Denn in der Wahrheit/
ist Gottes Sohn für vns Gekreuziget/ das ist die
Person die Gott ist/ denn sie ist/ Sie/ (Iag ich) die Person ist Ge-
kreuziget nach der Menschheit. Also sol man der ganzen Per-
son zueignen/ was dem andern Theil der Person wieder fehret /
vmb des willen/ das beyde ein Person ist. So reden auch alle
alle Lehrer/ auch alle newe Theologen / alle Sprache vnd die
ganze Schrift. Aber die verfluchte Alloxosis feret solches stracks
vmb/ vnd wil wechseln vnd den stücken zueignen / das der ganzen
Person in der Schrift zugeeignet wird/ macht eigen Tropos/ die
Schrift zuverkeren/ vnd die Person Christi zurennen / wie er
mit dem (Ist) auch thut/ allein das er was neues lere vnd seine
narrische gedanken auch an die Sonne bringe. Vides juxta B.
Lutherum, *Dei filium verè esse passum, crucifixum, quod
negat Zvvinglius, directè, contendens* f. 458. *quod si
Deus noster aliquo modo esset passibilis, Deum certè no-
strum non esse Deum unquam agnoscendum.* 2. In lineis
præcedentibus statim B. Lutherus dixit, *scripturam
propter Unionem personalem tribuere omnia & Deitati*
(ubi Massonius in margine p. 94. tantùm adycit in
*concreto, quodd & nos damus) Que humanitati accidunt
& vice versa.* At Zvvinglius totus in eo est, ut id ne-
get: Sicut οφθαλμοφανεως liquet ex dictis 3. B. Luthe-
ru sexpressè in verbis à Nobilissimo nostro Theologo

Zvvinglius
hoc expressè
inficiatur.

Alloxosis
Zvvinglij B.
Luthero
diametro
repugnat.

Si omnia hu-
mana Deita-
ti in concre-
to tribuun-
tur, utiq; in-
ter ipsas na-
turas, ea-
rumq; pro-
prietates da-
tur Commu-
nicatio. Sed
verum est
antece-
dens
juxta B. Lu-
therum &
largitur
Massonius
p. 94.

Zwinglius
 expressè con-
 tradictoriam
 hic suam fa-
 cit: Natura
 una ponitur
 pro altera,
 Quomodo
 igitur B. Lu-
 therus &
 Zwinglius
 consentiunt?

p. 40. in triumpho citatis, ait: Du aber lieber Bruder/solt an-
 stat der Allæosi das behalten: Weil Jesus Christus Warhafftiger
 Gott vnd Mensch in einer Person/ so werde an keinem Dre-
 der Schrift eine Natur für die ander genommen /
 dann das heist er Allæosi, wann etwas von der Gottheit Christi
 gesagt wird/das doch der Menschheit zustehet / oder wiederumb/
 Als Luc. ult. Wusste nicht Christus leyden vnd also zu seiner
 Ehre eingehen? Wie gauckele er das Christus für die Menschli-
 che Natur genommen werde. Hüte dich / Hüte dich / sage ich/
 für der Allæosi, sie ist des Teuffels Larwen. Dann sie richtet zu
 lehrt einen solchen Christum zu/ nach dem ich nicht gern wolt ein
 Christ sein/ nemlich / das Christus hinfort nicht mehr sey noch
 thut / mit seinem leyden vnd leben/ dann ein ander schlechter
 heiliger. Dann wann ich das glaube/ das allein die Mensch-
 liche Natur für mich gelitten hat / so ist mir der Christus ein
 schlechter Heyland / so bedarff er wol selbst eines Heylands.
 Summa/es ist vnfüglich / was der Teufel mit der Allæosi sucht.
 Vnd zwar dis Stück ist ein Hoher Artikel/vnd dürfft wol eins
 sonderlichen Buchs/ vnd gehört auch in diese sache nichts/ doch
 kürzlich lasse ihm ein einfeltiger Christ daran benügen/das der
 heilige Geist/ wol hat wissen vns zu lehren / wie wir reden sol-
 len/ vnd dörffen keiner Doppeler noch Troppeler. Also spricht
 aber der H. Geist Joh. 3. Also liebet Gott die Welt / das er sei-
 nen einzigen Sohn dahin giebt Rom 8. Er hat seines einzigen
 Sohnes nicht verschonet / sondern für vns alle dahin gegeben.
 Vnd so fort an/ alle Werck/ wort/ leyden/ vnd was Christus
 thut/ wircket/ redet/ leydet der Warhafftige Gottes
 Sohn/ vnd ist recht geredt: Gottes Sohn ist für vns
 gestorben/ Gottes Sohn prediget auff Erden/
 Gottes Sohn wäschet den Jüngern die Füße/
 wie die Epistel Hebr. 6. sagt. Sie Creuzigen ihnen selbst den
 Sohn Gottes 1. Cor. 2. Hatten sie erkand / sie hatten nimmer
 mehr den Herrn der Ehren Gereuziget. Ob nun die alte
 Wettermacherin/ Frau Vernunft / der Allæosis Großmutter /
 sagen

sagen würde / Ja die Gottheit kan nicht leyden noch sterben :
 Soltu antworten : Das ist war / aber dennoch / weil Gottheit
 vnd Menschheit in Christo eine Person ist / so giebt die Schrifft
 vmb solcher Persönlichen Einigkeit willen / auch der Gottheit als
 les / was der Menschheit wiederfehret vnd wiederumb : Vnd ist
 auch also in der Wahrheit. Dann das mustu ja sagen / die Per-
 son (zeige Christum) leydet / stirbet : Nun ist die Person War-
 hafter Gott : Darumb ist recht geredt / Gottes Sohn leydet.
 Dann ob wol das eine stücke (das ich so rede) als die Gottheit
 nicht leydet / so leydet dennoch die Person / welche Gott ist / an
 andern stücke / als an der Menschheit. Vnd bald darauff
 fol. 456. Also sol man der ganzen Person zu eignen / was dem
 andern theil der Person wieder fehret / vmb des willen / das bey-
 de ein Person ist. So reden auch alle Alee lehrer / auch alle neu-
 we Theologen / alle Sprache / vnd die ganze Schrifft. Aber die
 verfluchte Allæosis lehrer solches stracks vmb / vnd wil Wechse-
 len / vnd den Stücken zueignen / das der ganzen Person in der
 Schrifft zugeeignet wird. Bisshier D. Luther. En, ut
 rotundo ore contradicit. Zwinglio, & omni impetu
 allæosin reijcit! Qui igitur, vero contradictorio mo-
 do adversario se opponens, cum adversario consentit?
 Unde Massonius hæc B. Lutheri verba à contextu, ubi
 verba laudare videri vult, præscindenda habuit, ne vel
 tyro dolum haberet p. 94. Et id est Calvinianè dispu-
 tare & candidè agere! 4. Scripsit B. Lutherus, *Chri-
 stum esse vilis nec magni precij salvatorem, si sola humana
 natura pro nobis sit passa.* Zwinglius asserendo poste-
 rius, exagitat hæc verba f. 458. Ubi igitur consensus?
 Argumentor: *Ut filius Dei particeps est carnis, ita et-
 iam passibilis est: Et vice versa: Ut filius Dei passibilis
 est, ita etiam particeps carnis.* Vide autorem p. 31. par-
 te hac secunda, Hesiandrum & alios. Subsumo nunc

ex Zvvinglio: *Filius Dei nullo modo est passibilis. Ergo
 Filius Dei nullo modo particeps est carnis. Proscribatur igitur
 incarnatio: Damnetur Christianismus. Porro: Filius Dei* *ἐν σαρὶ* *Ⓞ* (de eo n. est quæstio, & loquuntur
 verba) *nullo modo est passibilis. Hæc Persona, Christus
 est Filius Dei, Ergo hæc persona, CHRISTUS
 nullo modo est passibilis. Quod ut impium & blasphemum:
 ita conceditur à Zvvinglio, qui non alio sensu concedit,
 Christum esse passum quàm per ἀλλοίωσιν, ut nomine Christi,
 sola humana natura veniat, ut dictum. Sola humana natura
 est passa. Christus non est sola humana natura. Ergo
 Christus non est passus. Hæc igitur verba, ut falsò de consensu
 gloriari & contradictionis B. Lutherum accusare valeat,
 omittenda fuere. Zvvinglio, in quo sane miror, deinde
 ερεβλώθηα. Ea mirus conformandi modus! Lutherus
 benè & Christianè sentit, si modò persona nominè pro
 Christo, non pro filio Dei usurpet, non enim dicere solemus
 persona patitur. Quasi diceret & Photinianus, Orthodoxos
 piè & Christianè dicere: Christus non est Deus Pater, sed
 Dei Patris filius, modo filij nomine adoptivum intelligant
 filium, non eum, qui naturà filius. Si verò hæc audacia
 reciperetur, quæ verba, tandem hæreticis nō patrocina-
 rentur. At tuum fuisset non optare verba hæc aliter
 haud fuisse accepta, sed demonstrare ita accipi. Quod
 cum præstare non posses, nisi B. Luthero manibus pedibusque
 & verbis perspicuis reluctanti ἀποπερὶ ἑσώπως
 voluisses obtrudere contraria, hoc sensu: Tu Luthe,
 ea quæ dicis, non dicis, non eo, quo dicis, sed alio sunt dicta
 tua intelligenda sensu: Igitur subsequenti præscindenda
 planè fuere, Et quis tandem in phrasi hæc: Homo
 est*

est prudens, vocem hominis non propria & nativa significatione, sed impropria & alienâ, positum esse dicet? Actiones & passiones suppositorum sunt, benè dicunt Philosophi. Eat igitur Massonius, & idem quod B. Lutherus asseruit, asseruisse contendat Zvvinglium, quum hic directè in hoc ipso loco contradicat, quamvis fingat consensum, & neget minorem B. Lutheri Personam esse passam, verbis productis & præcedentibus pag. eadem 457. a. ubi ait: *Hic vero (nempe in Confessione) omnia ea, qua Christus patitur, Dei filium pati Lutherus testatur. Interim vero Allœosin, id est, permutationem admittere non vult. Illud ergo sequetur, quod persona filij Dei mortem subierit, & quod illa sibi ipsi opem ferre non potuerit. Sic p. 468. b. Non semel, Deum pati, dicit, quasi verò qui simplicioris sunt ingenij banc locutionem eo sensu accipere debeant, quod ipsaque divina persona passionis dolores subjerit. Imò disertis & minime ambiguis verbis hoc ipsum palam, quemadmodum jam ante demonstratum est, confitetur. Iterum negat, personam esse passam, ne existimes Calvinia nos particulam excludendi sola divinæ naturæ tantum, non verò personæ opponere, quem errorem præter alios & Herbornenses errant lib. 2. Rudim. p. 100. Humana natura tantum mortua est, non Deitas, non tota persona.*

XVIII. Hinc & liquet non esse hic meram λογικα, nec Calvinianos ad unguem cum B. Luthero conspirare, ut contendit p. 94. Massonius. Non enim i. de voce, sed vocis accommodatione est sermo, quæ sanè impien-
tissima est juxta Zvvinglium. Secundò non tropi simpliciter,

En, ut negat
filium Dei
esse passum.

Persona filij
Dei non est
passa.

pliciter, sed troporum claris, perspicuis & summis fi-
 dei articulis illationem violentam, rejicimus. Et sa-
 nè si doctrina, quam synecoches nomine salutarunt
 nonnulli, contentus fuisset, nos contradicentes in
 voce haud habuisset. Non enim ob vocem bel-
 lum movemus, sed voce novas res inferre & expo-
 siciones dare malas, permittere haud possumus. Ne
 igitur miretur Massonius. Non vocem simpliciter, sed
 improbum vocis usum explodendum statuimus. Tertio,
 si ad unguem sententia ipsorum ea est, quæ est B. Lu-
 theri Tom. 3. Jen. f. 455. & tom. 7. in c. 14. Job. f. 84.
 85. qui sit quod B. Luthero in hoc ipso contradicant?
 Quarto expressè ait B. Lutherus, scripturam ob perso-
 nalem unitatem omnia humana natura tribuere divina
 (in concreto sc.) & concludit, Dei filium citra tropum
 esse passum. At Zvvinglius utrumquè negat. Quo-
 modo enim divinæ naturæ (in concreto) tribuentur
 humana, si loco divinæ naturæ substernenda est hu-
 mana? Si Deus incarnatus non est passibilis ullo
 modo, quomodo Dei filius verè & propriè patitur?
 Adeò humanæ Christi naturæ humana tantum, divi-
 næ divina ascribit, ut neget planè Christum secun-
 dum humanam naturam regnare, peccata remittere.
 Ita ait in Exeg. f. 356. a. Ut enim humanitas à Dei filio in-
 mittit juxta hoc adsumpta, ut hostia fieri commodè posset, qui creave-
 rat, per passionis, mortis, crucisq; gloriam ad solum summi
 Zvvinglium. numinis subvecta est, & ad dexteram Dei sedet: ita di-
 vinitas incommutabilis manet, SOLA REGNAT, SOLA
 ADMINISTRAT OMNIA. Etsi quid hujusmodi Chri-
 sto homini tribuimus per naturarum commutationem, id
 fieri citra offensionem agnoscamus. Fol. 352. a. Serva me
 Pater

Christus se-
 cundum hu-
 manam na-
 turam nec
 regnat, nec
 peccata re-
 mittit juxta
 Zvvinglium.

Vide Nestori-
 anam divul-
 sionem.

Pater ex hac hora, hoc est, Erue me ex isto articulo. *Sis humana sunt, ut opis indigum fuisse possis existimare: tam abest ut imperet, secundum humanam naturam. Confer & f. 350. 351. 352. a. ait: Perinde nequit humana natura regnare, atq; divinitas mori. Unde patet simpliciter & omni modo, divino etiam, impassibile esse Calvinianis, ut humana natura regnet. Aessione igitur ad dextram Dei, deturbanda erit, Est enim sedere ad dextram Dei regnare Psal. no. 1, Cor. 15.*

XIX. Sed nunc ad Nestorianismum denuò accedim⁹, demonstraturi Zvvinglianos hinc in istorum mereri castris egregiè, quod his sumus præstituri rationibus ut demonstrém⁹ (1.) Nestorianos à Deo humana; ab homine, divina, ita removisse, ut (2.) subjecti loco humanam, imò solam humanam posuerint naturam, quando de divina (in concreto) natura, id est Deo, filio Dei, prædicandum erat humanum; & vice versa: divinam, imò solam divinam collocarint in subjecto loco hominis, filij hominis, quando prædicatum erat divinæ naturæ proprium, planè ut Zvvingliū fecisse evicimus, doceamusque (3.) Patres inde collegisse, personam dividi, quamvis unitatem personæ urgerent Nestoriani.

XX. Sic Theodoretus in repræh. anath. X. f. 358. *Non Deus F. Quis igitur ille est, qui laboribus virtutis perfectus est, Verbum, sed & non natura perfectus existit? Quis ille, qui didicit obedientiam, & hanc ante experimentum ignorans? Quis cum reverentia vixit & cum voce valida & lacrymis supplicationes obtulit, & salvare se non valuit, sed cum qui poterat ipsum salvum facere, rogavit, & mortis liberationem poposcit? Non Deus verbum, quod immortale*

F

est,

Zwinglius
eadem supra
tb. 7. habuit.

Cyrillus hinc
benè: Perso-
nam esse di-
visam con-
cludit.

Zwinglius
consentit
tb. 10.

est, impassibile, incorporeum, cujus memoria secundum prophetam, letitia & à lachrymis liberatio &c. Sed quod ex semine David assumptum est, ab eo, quod mortale, quod passibile, quod timuit mortem: licet hoc ipsum postea mortis destruxit potestatem propter unionem ad asumentem Deum: quod per omnem ambulavit justitiam, & ad Joannem locutum est: Sine modo; Sic enim decet nos complere omnem justitiam; hoc Pontificis appellationem accepit secundum ordinem Melchisedech. Hoc enim indutum est natura infirmitatem, & non omnipotens Deus verbum. Idem in reprehens. anath. IV. f. 350. Igitur hæc verba **NON SUNT DEI VERBI, SED FORMÆ SERVI**, quæ metuebat mortem, eo quod nondum erat mors destructa: cui etiam forma Deus Verbum, loco timori dato, hæc dicere permisit, ut geniti appareret natura, & ne eum qui ex Abraham & David descenderat, putativum vel phantastium suspicaremur, unde impiorum hæreticorum consensus hanc blasphemiam protulit. **IGITUR EA QUÆ DICTA ET FACTA SUNT DEUM DECENTIA, DEO VERBO accommodabimus**, ne eodem quo Arius & Eunomius blasphemie morbo laboremus. Joh. Antioch. in homil. Chalced. dicta, in actis synodi Ephes. f. 283. A. Nemo persuadeat Deum esse passibilem. Et Theodor. in hom. ad Nestorij fautores habita l. d. B. Et pagani quidem, ut prædictum est, avaritia vero capti, etiam cælum impassibile vocant & solem impassibilem appellant, & stellas immortales statuunt: & terram, quàm calcant, inter Deos numerant. Nos autem indivisibilem, unigenitum, incomprehensibilem, inexcogitabilem, passibilem esse credemus? Epist. Orientali-

um

um ad Ruffum missa Constantinopolin l. d. f. 284. G.

285. A. Ad hæc eos (Cyrillus scil.) execratur, qui Evangelicas Apostolicasq; voces de Christo Domino distinguunt, ut humiles quidem ad humanitatem, divinas verò ad Christi divinitatem referant. Quod Arianis & Eunomi-ani sentientes, humilesq; dispensationis voces ad divinitatem referentes, Deum verbum creaturam & facturam alteriusq; substantia, & Patri inaequalem esse affirmare, non dubitarunt. Quæ verò blasphemia ex hisce principijs consequatur, quibus facile intelligit. Nam & naturarum inducitur confusio, ET DEO VERBO ATTRIBUTUR illud: Deus meus, Deus meus ut dereliquisti me? & illud: Pater mi si possibile est, transeat à me calix iste. Rursum fames, sitis, angelica confortatio & illud: Nunc anima mea turbata est, & iterum: Tristis est anima mea usq; ad mortem: & quæcunq; talia in Domini nostri humanitatem ceciderunt, quæ perspicuè cum Arii & Eunomij impietate congruere facile quis viderit. Orientales in object. anathem. X. f. 333. A. Quis igitur est tentatus ille? num Deum verbum, an humana natura semen David? Et iterum: Nemo sibi assumit honorem, sed vocatus à Deo, sicut & Aaron. Ita & Christus non seipsum glorificavit, ut fieret Pontifex. Quis igitur ille, qui comparatur secundum sacerdotij dignitatem ipsi Aaron, & ei qui non à seipso honorem assumit, sed vocatur à Deo & ad dignitatem sacerdotis ascendit; num divina natura quæ est Patri coæterna, cui omnia Patris sunt propria? & in quam dignitatem se majorem ascendit? Dicemus ne sacerdotium divina natura dignius, ad quod non à se ipso, sed similiter atq; ille à Deo vocatus ascendit, & per illud est glo-

Zwinglius:
Eximia Deo
soli: humilia
humane na-
turae esse af-
scribenda.

Zwinglius
eadem habet
ib. 7.

rificatus? an verò natura ex semine David facta & pre-
 destinata? Et statim D. Numquid Dei verbum supplicati-
 ones & preces, & cum clamore valido ad aliquem, qui pos-
 sit ipsam salvare, offerens, exauditum est pro reverentia,
 Planè ut Zovingius supra isdem verbis circa finem ferè 1b. 7.
 & didicit ex his que passum est, obedientiam? Si igitur
 Deus verbum est Pontifex, etiam didicit ex his, que pas-
 sus est ipse & consummatus est. Idem l. d. f. 338. G. SED
 NON EST PASSUS DEUS CARNI UNITUS, SED CA-
 RO CONJUNCTA DEO VERBO ejus permissu propria
 Templum di- sustinuit. Ipse Nestorius Quatern. 6. l. d. f. 200. E. Pon-
 vine natura indissolubili nexu unitum est natum & est. Idem in epistola ad Cyrillum f. 127. l. d. E. Post-
 passum. Ne- quam dixerat, In eo autem non injuria te laudo, quod di-
 stor. Huma- stinctionem naturarum, secundum divinitatis & huma-
 na natura in nitatis rationem, harumq; in una duntaxat persona con-
 Christo est junctioem predicat, Addit, Etenim quem antea neq; pa-
 passa. Zovin- tibilem neq; secundæ generationis capacem autumaveras,
 gli. Mors & passio ad ver- hunc ipsum rursus patibilem, nuperq; nescio quomodo pro-
 bum non per- ductum asseveras: quasi verò que in Dei Verbum natura-
 rigit sed, sic liter conveniunt, ea templi. hoc est, corporis conjunctione
 affecta est ea penitus sint abolita: aut parvi apud homines fieri debeat,
 natura, quã templum illud nullo unquam peccato contaminatum, divi-
 Verbum as- neq; natura indissolubili nexu colligatum peccatorum no-
 sumfit. Mar- strorum causa & natum & mortuum esse: aut deniq; Do-
 tyr p. 28. in dial. Deus est mino Judæos ejusmodi oratione compellanti: Solvite tem-
 passus, id est, plum hoc, & in tribus diebus excitabo illud, fidem habere
 humana na non oporteat. Ecce non dicit, solvite Divinitatem meam,
 tura in Chri- & in tribus diebus excitabitur; sed, solvite templum hoc.
 sto est passa. Theodoretus in repræh. anath. IV. f. 349. E. Dicat i-
 Hesiod. & alij. gatur

gitur ille sacrorum dogmatum diligentissimus doctor, quomodo hereticorum blasphemiam redarguat, dum ea, quae humiliter & congrue a SERVI FORMA DICUNTUR, DEO VERBO APTAT. Illi enim hoc facientes, minorem, & creaturam, & facturam, & servum, & ex non extantibus Filium Dei esse statuunt. Et statim - Cui attribuemus illud: Deus meus, Deus meus, ut quid me dereliquisti, & illud Pater, si possibile est, transeat à me calix iste &: Pater Salva me ex hac bora, & illud: Horam illam nemo novit neq; Filius hominis, & alia quaecumq; humiliter ab ipso & à S. Apostolis de ipso dicta scriptaq; sunt? Cui famem & sitim adaptabimus? cui fatigationem, & somnum? cui ignorantiam & formidinem? Quis angelico subsidio habebat opus? Si HÆC DEI VERBI SUNT, quomodo ignoravit Sapiencia? quomodo autē vocetur Sapiencia que ignorantia infirmitati est obnoxia? Quomodo verax erit, dicens se habere omnia, quae Pater, cū Patris cognitionē non habeat? Solus enim, inquit, Pater novit diem illum. Quomodo erit incommutabilis imago genitoris, non omnia quae genitoris sunt, habens? Itaq; si quidem se ignorare dicens verax fuit, hæc aliquis de eo existimare possit. Si autem diem sciens, ut rem occultaret, ignorare se illum dicit, vide inquam blasphemiam, quod calliguit, e vadat, ut veritas mentiatur: quae immeritò veritas dicitur, si quid habet in se veritati adversum. Si autem veritas non mentitur, neq; Deus verbum diem, quem fecit, ignorat, quem ipse prescribit, in quo iudicaturus est orbem; sed habet Patris cognitionem, ut imago incommutabilis. NON IGITUR DEI VERBI EST IGNORANTIA, SED FORMÆ SERVI, QUÆ TANTA PER TEMPUS ILLUD sciebat, quanta Deitas inhabitans revelabat.

F 3

Hæc

Artem
videtur

M
p
c
d

Eadem
Zwingli
supra.

Hæc & de alijs similibus dicenda sunt. Plura vide in B. Cyrilli respons. ad repræh. Anarhem. VI. fol. 354. ubi eadem & Nestorio ascribuntur: Fol. 363. C. Passa est servi forma adberente forma Dei. Fol. 374. B. C. 27. Schol. de Incarnat. Acacij hom. f. 381. B. & c.

Axioma Patrum nobile.

XXI. Sufficiat hæc produxisse ex Nestorio ejusque Aſſeclis. Nunc Patres contra videbimus. Perpetuum eorum axioma fuit: *Qui à Deo humana (passionem, mortem &c.) removeret, & qui subjecti loco (in primo genere) prædicatum si est humanum, solam humanam naturam, si prædicatum est divinum, solam divinam in subjecto ponit naturam, is personam solvit, Duos Christos introducit: puro & nudo homini passionem ascribit, & sic omnem passionis ac dispensationis vim & efficaciam tollit, Christumq; ad obeundum redemptoris officium ineptum efficit.* Et hæc contra Nestorium urgere habebant Patres, quia & hic unam Personam & inseparabilem in ipsa passione statuebat, & Christo uni, uni inquam, omnia divina humanaque tribuebat, ita tamen ut vox Christi & filij nunc solam humanitatem, nunc solam divinitatem notaret, prout prædicatum vel humanum vel divinum esset, ut certè Nestorianismi ignari sint maximè, qui duas personas eum præterea docuisse garriunt, ut supra disputatione quarta pag. 160. opido probavimus, & fassus est præter alios Martinus, asserens, se sane aliud ex Patribus & conciliorum historia haud didicisse. Et nulli sunt adversarij, qui inde Nestorianismi se excusatos satis existiment, quod Deum à carne, quæ patitur, haud separatum dicant, quasi sc. Nestorius non idem affirmasset. De his igitur vel tria notasse præterea operæ erit precium, antequam ad axiomatis demon-

Nestorius unam personam concedebat.

demonstrationem descendamus, ut liquidò appareat Nestorium non rem & sensum alceosios, sed tantum nomen latuisse. Recitabo ea, quæ Patres Synodi Ephesinæ ex Quaternionibus Nestorij proferunt, unde concludunt, Nestorium personam divisisse. Fol. 202. c. ex quatern. XVI. hæc recitantur. *Et omninò, ait, si totum novum testamentum simul accurate scrutatus fueris, nusquam in eo mortem Deo adscriptam comperies, sed vel Christo aut Domino, aut Filio. Hæ autem voces, Christus & filius & Dominus, quum Unigenito & Scripturis tribuuntur, naturarum duarum indices existunt: & aliquando quidem divinitatem, nonnunquam verò humanitatem interdum autem utramq; simul exprimunt. Exempli causa, quando Apostolus Paulus per epistolam ita prædicat: Cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filij ejus, FILII HUMANITATEM clare indicat. At verò cum idem rursus ad Hebræos scribens ait: Deus nobis locutus est in Filio, per quem fecit & secula; divinitatem Filij indicat. Neq; enim caro sæcula condidit, ut qua multa post secula formata. Et infra. Neq; Deitas Jacobum fratrem habuit, neq; Dei Verbi mortem annuntiamus, dum corpore & sanguine Dominico reficimur. Fol. 198. D. ex Quatern. XVII. D. Cum scriptura generationem Christi ex virgine nobis exponit, non dicit: Misit Deus Verbum Deum, sed ait, Misit Deus Filium suum. Illud enim nomen accipit, quod utriusq; nature significativum est. Quia enim Filius simul Deus & homo est, ideo dicit. Misit Deus filium suum factum ex muliere, ut cum audieris illud Factum ex muliere, deinde videris nomen, quod utramq; naturam denotat, & præmittitur, nativitas.*

Nestorius non vocem ἀλλοιωσῶς, sed rem ejus docuit.

Filius Dei, Nestorio est humana natura, sicut & Zwinglio supra.

Deus misit filium, id est, humanitatem.

Eadem habet Zwingli. p. 1705.

Impatibilis per propriam carnem passus est.

tivitatem, quæ ex sancta Virgine est, Filij quidem voces (si quidem & Christi para virgo Filium Dei genuit) attamen quia filius Dei duplicis naturæ existit, non Dei filium, sed humanitatem gentisse cogites, quæ propter filium adiunctum filius quoque dicitur. Fol. 200. A. Non dixit: Hoc sapite in vobis, quod & in Deo verbo, quod cum in forma Dei esset, servilem formam accepit: sed voce Christi, tanquam utriusque naturæ notionem complectente, accepta, sine periculo illum & servi formam sumsisse asseverat, & Deum nominat, Dictorum vim in naturarum dualitatem inoffense partiens. Sic Quatern. IV. illud Joh. 6. Sicut misit me vivens Pater, exponit simpliciter per humanitatem. Et ex his non solum Cyrillus hinc inde imprimis verò in defens. anath. 3. contra Orient, sed & Patres personæ divisionem intulere, quam & in Zwinglio, quum & eundem planè retineat stylum, jam olim damnasse pater.

XXII. Sed redeo ad axiomatis confirmationem. Ita enim B. Cyrillus de Incarnat. Verbil. d. f. 376. E. Dei itaque erat illa ex Virgine conceptio, Dei nativitas, Dei similitudo, qua nobis nostra causa dispensatorie per omnia assimilatus est; Dei passio, Dei ijs, qui in carcere & in tenebris erant, prædicatio, Dei resurrectio, Dei tandem in caelos assumptio. Qui capi non poterat, per carnem quam nostræ causa ex Maria sumpsit, virginali utero concludi ac definiri sustinuit. Qui late omnia excedit, carne continetur. In quem nulla mutatio cadit, humanam formam subijt. Impatibilis, ultrò pro nobis, & propter nos per propriam carnem passus est. Deo & Patri indivulsè coherens, in terra, ut scriptum est, visus est & cum hominibus conversatus. Qui sub tactum non veniebat.

bat, ab iniquis lancea compunctus est. Impassibilis, voluntariam crucem nostri causa pertulit. Immortale lumen morti seipsum obtulit & morti quidem crucis. Qui in sinu Patris erat, per propriam carnem in coelum assumi non recusavit. Qui autem Dei filium, hominem quempiam nostri similem assumpsisse dicunt: ipsum autem vivum & efficax Dei Verbum, quod in propria persona subsistit, hominem factum, dispensatorieq; in humanis propter nos versatum esse insipientur; illos sacra synodus Ephesina explodit & reiicit. B. Theodotus Ancyrae Episc. in homil. lecta in Synodo Ephel. f. 393. D. Sed quam ob causam humanae naturae passiones sibi proprias fecit? Quia passiones per passionem adimere, mortemq; morte abolere, ac similia similibus voluit debellare. In se suscepit crucem, suam fecit alapam, sua fecit vincula, ut Diopriae effectae passiones; ad versus passiones acciperent potestatem. Neq; enim Dei natura lesa est, nec per sui mutationem passiones in se suscepit, sed fortitudinem illis divinam contra eiusmodi passiones tribuit. Mors namque veluti ipsius Dei facta mortem destruit, & moriens ille, mortis tyrannidem solvit, quoniam simul Deus & homo erat. Neq; enim purum hominem crucifixerunt Judaei: **NEQUAE EAM SOLUM NATURAM**, quae cernebatur, transfixerunt: sed in ipsum Deum, qui unita naturae passiones sibi appropriabat, impij temerarijque extiterunt. En! expressè contradicit omnibus Calvinianis. Hi enim fatente Steinio, omnes & singuli ajunt. **Sola humana natura est mortua**: B. Theodotus; **non sola humana natura est crucifixa**. Idem in hom. habita in die

Sola natura humana non est transfixa. Cal. contra: Sola hum. nat. est transfixa.

Zwinglius ait: blasphemum esse, qui negat solam humanam naturam esse transfixam.

Blasphemi igitur sunt Patres Synodi Ephes.

S. Johannis Ephesi contra Nestorium f. 396. A. Quia e-
nim ratione quispiam ei medeatur, qui ita comparatus,
est, ut Deo humana natura conditiones probro vertere non
metuat, beneficiumq; contumelia loco ducat? Quid dicis?
responde? Deum, inquit, passum non dico, Sanè si ad Dei-
tatis naturam spectes, non erras: sin vero perpeffionem

Qui Deitati
passionem
simpliciter
adimit, dis-
pensationem
negat.

SIMPLICITER ILLI ADIMAS, dispensationem perne-
gas. Ne ergo perpeffiones Deo improperes, sed perpeffi-
onum utilitatem inspicias. In humilitatem Deus sese di-
misit, nullam secundum propriam naturam perpeffus di-
minutionem, sed hanc nobis gratiam faciens. Fol: 397.

A. Explana mihi Unigeniti exinanitionem. Quomodo
enim se exinanivit, si humana non est perpeffus? Verun-
tamen cum Deum passum dico, custodiens naturam im-
passibilem, dico: passio non DEI naturam passibilem,
sed unio ad id, quod pati poterat, DEUM PA-
TIBILEM effecit. (In naturam enim illius passio nulla

Deus patibi-
lis propter
Unionem in
carne.

cadit) Posteaquam enim misericors Deus seruo compati
decreverat, cum natura esset impatibilis, eo quod pati po-
terat, sibi unito, propositum suum adimplevit. B. Cyril-
lus in Respons. ad reprehensionem Theodoretii, quam
supra ad anath. 10. planè Calvinianam dedimus, to-
tus noster est cum venerabili isto ducentorum & tri-
ginta Patrum choro. Sic ait f. 361. E. Quis igitur, in-

Hebr. 7, 7.

quit, sacerdotio functus est? Quis ille laboribus virtutis
consummatus, & non naturaliter perfectus existens?
Quis experimento discens experientiam, & hanc ante ex-
perimentum ignorans? Quis cum reverentia vivens, &
cum clamore valido & lachrymis supplicationes offerens,
& saluum facere non valens semetipsum, sed cum qui po-
terat

erat saluum facere, rogans? Responderat Theodoretus
 E. 358. F. Non Deus Verbum, quod imortale, impassibile:
 sed quod ex semine David assumtum est ab eo, quod mor-
 tale, quod timuit mortem; planè ut Zwinglius supra.
 Verùm B. Cyrillus, ubi exclamavit, o audacissimam vo-
 cem? *Quæ sufficient lacrymæ ad diluendum peccatum*
talia proponentium: addit. f. 361. E. Si suscipis Unionem;
 quomodo ignorasti, quia tibi sermo fuit de Deo homine fa- En, & Nesto.
 Et o? Humiliavit se propter te, & tu scelerate exclamas: *rius Unio-*
Propitius esto tibi Domine; non erit tibi hoc. Ergo aus nem concessi
 dies dicentem; vade post me Satana: scandalum es mihi, sit.
 Sed enim in fine verborum suorum ait: Ergo qui ex semi-
 ne David est Pontifex, habens utiq; in semetipso unitum,
 inseparabiliterq; connexum Verbum quod est ex Deo)
 Quomodo ergo unitum dicis Dei Verbum illi, qui ex semine
 David est, **SI SOLI, QUI EX SEMINE DAVID, Pon-**
tificatum attribuis? Si enim vera est unio, non duo qui-
 dem omninò sunt, sed unus & solus ex utrisq; intelligitur
 Christus. Palam itaq; est, quia fingunt quidem se confiteri u-
 nitatē, simpliciū mentes obrepentes, copulationē vero sapi-
 unt, quæ est extrinsecus, & per habitudinem, quam & nos
 habuimus, participes divinæ ejus effecti naturæ per Spiritū.
 Nō ergo respicienda sunt illorū ineptiæ, sed recta & imma-
 culata fides, & Evangelica & Apostolica sanctiones. Idem
 fol. 360. C. Qui enim hoc ipsum fieri secundum nos nō aspe-
 rantus est, quomodo respueret ea, ob quæ videri poterat
 factus verè propter nos secundum nos? Si ergo ab huma-
 nis eum remoderimus & rebus & verbis, nullo modo dis-
 cernemur ab eis, qui, si quidem fieri posset, tantum non car-

ne exuunt eum, & scripturæ divinæ non credunt, destruantq; in omnibus inhumanationis sacramentum, mundæ salutem, spem, resurrectionem. Sed forsitan dicet quispiam, parvum esse Deo Verbo & indignum in TOTUM, FLERE, METUERE MORTEM, CALICEM REFUTARE, PONTIFICEM ESSE. Utiq; dixerim & ego ipse, quia divinæ supremæq; naturæ & gloria hæc parvæ sunt: sed in ipsis contemplamur paupertatem, quam propter nos sponte perpeffus est. Quando grave tibi visum fuerit exinanitionis utilitas, admirare vehementius circa nos Filij charitatem. Quod enim tu parvum esse dixisti, hoc voluntarium fecit propter te. Flevit humanè, ut tuam cohiberet lachrymam. Formidavit dispensativè permittens carnem pati interdum quæ propria sunt, ut nos animosiores efficeret. Refutavit calicem, ut impietatem Judæorum crux accusaret. Infirmatus dicitur secundum humanitatem, ut tu per eum infirmus esse desineres. Preces obtulit & supplicationes, ut & deprecationibus tuis accessibiles reddat Patris aures. Dormitavit, ut tu discas in tentationibus non dormire, sed esse ad adorationem intentior. Idem in defens. anathem. IV. f. 352. A.

Qui à Deo
removet vo-
ces suprema
humiliatio-
nis; & eas soli
servi formæ
adaptat, is
dividit Chri-
stum. Confer
nunc Zvvin-
glij & Cal-
vin. doctri-
nam, Sola
humana na-
tura est pas-
sa; sola hum-
nat exclamavit:
Deus Deus
meus &c.
Et Nestoria-
nos habebis
Calvinianos.

Porro putat se acutum quiddam & inexpugnabile dicere. Nam si Dei Verbum est, inquit, qui clamavit: Pater. si possibile est, transeat à me calix iste; primum quidem discordat à Patre, nec rectè deprecatur, ne bibat calicem, & quidem, inquit, non ignorans mundo salutem allaturam passionem suam. Igitur, inquit, non erunt tales Dei verbi voces. Itaque vicissim audiat & à nobis, qui tam ad-
ulcerinis cogitationibus natat: Ergo quoniam tibi videtur
à Deo

à Deo Verbo tales VOCES AMOVENDAS ESSE, SOLI-
 QUE SERVI FORMÆ ADAPTANDAS, nonne in duos
 iterum filios unum partiris? Et quis hoc sapientium per-
 spicue non cognoscet? Acacius in suo suffragio in Ephes.
 synodo f. 188. B. Etenim epistola illius, que paulo an-
 te recitata est, apertissime indicat, quod vocibus senten-
 tijsq; quas de Unigenito Dei Filio trecenti decem & octo
 sancti Patres & divini Episcopi asseruerunt, ablati, sin-
 gulisq; que ad salutaris illius dispensationis mysterium
 pertinent, SOLI CARNI TRIBUTIS, SOLUM PER SE
 DEI TEMPLUM nativitatem & mortem sustinuisse præ-
 dicarit. Fol. 361. C. Incongruum esse dicit, Deo Verbo
 humane sacrificium ministrare propter dispensationem.
 Ergo aufer personam, nega haud dissimulanter inhumana-
 tionem Verbi, propter quam nominatum est etiam ponti-
 fex. Complicamus vela. Quicumque negant Deum
 incarnatum esse passibilem carne, Deum exclamasse
 Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti, & con-
 tra soli formæ servi, seu humanæ naturæ hæc humana
 ascribunt, ij personam dividunt, & passionis vim pla-
 nè enervant. Zvvinglius & Calviniani id faciunt. E.
 Minor ex Zvvinglio satis confirmata est. Adde hic
 Hesiandrum, qui verè passum esse in carne Deum, passi-
 onem toti personæ attribuendam, in refut. dogmat.
 de Ubiquit. p. 67. 68. negat. Martinium in Spic. p. 164.
 Affligi, mori, crucifigi, gloriam autem non habitam acci-
 pere, est sanè tantum humanæ naturæ, & ovis tantum est,
 esse æqualem Deo, assumere humanam naturam; æternam
 suam gloriam & potentiam in carne non semper exserere.

NB. Verba
 supra produ-
 ximus. Illud
 quidem per
 se, in epistola
 Nestorij
 haud occur-
 rit, sequi ta-
 men ex Ne-
 storij dogma-
 te bene Pa-
 tres olim &
 nos hodie in
 Calvin. ob-
 servamus.

*Ignorantia
non est Dei
Verbi, sed
formæ servi.*

Ludovicum Crocium in assert. p. 43. & alios supra citatos, qui ita Nestorianismum in Calvinianis revixisse testantur. Et ut animadvertas Nestorij hyperaspistas improbitate sua vicisse jam Zvvinglium, dabo adhuc unum. Scripserat Theodoretus in repræhens. anathem. IV. f. 350. *Non est Dei Verbi ignorantia, sed formæ servi, quæ tanta per tempus illud sciebat, quanta Deitas inhabitans revalebat.* Hæc & de alijs similibus dicenda sunt. Concludit hinc B. Cyrillus, & quidem verè juxta approbationem totius Orthodoxæ Synodi in defens. f. 351. personam dividi. Sic ait D. *Atqui miror, quomodo etiam ipse simulet confiteri unum esse Christum, qui sc. idem Deus simul & homo sit: & tamen, quasi in oblivionem adductus esset eorum, quæ benè se habere putavit, separet iterum unum in duos.* Nam Salvatoris vocem apponit, dicentis: *De die autem illa & hora nemo novit, neq; Angeli cælorum, neq; Filius, nisi Pater.* Deinde sapientiam esse affirmans, *Verbum ex Deo Patre natum, quæ & omnia futura prænoscat, adjicit & dicit: Non igitur verbi DEI EST IGNORANTIA, SED FORMÆ SERVI, QUÆ TANTA per tempus illud sciebat, quanta Deitas inhabitans revelabat.* Hæc & de alijs similibus dicenda sunt. Igitur si non mentiris, dicens unum esse Dominum & Christum Jesum, eundem sc. Deum & hominem, cur dividis, & duos dicere filios non erubescis? Annon planè duo erunt, si quidem non est idem, qui dimensam habet scientiam, cum eo qui novit omnia; & cum eo qui partitam recipit

reve-

revelationem, is qui perfectus est in sapientia & tanta cognoscens, quanta & Pater? Et si quidem est unus & idem propter veram unionem, & non alius atq; alius, disjunctimq; & divisim, ejus omnino erit etiam, ipsum scire & existimari ac videri nescire. Itaq; novit quidem & ipse divine, ut sapientia Patris: quoniam verò mensuram ignorantis humanitatis subivit, dispensativè proprium facit hoc cum alijs, quanquam sicut dudum dixi, ignorans nihil, sed sciens omnia cum Patre. Nam propter quam causam esurire, & ex itinere fatigari dicitur, quamvis vita & vivificus sit, ut Deus, & ipse sit panis verus, qui de cælo descendit, & dat vitam mundo, & insuper ipse sit virtutum Dominus? Verum ut credatur secundum veritatem factus homo, appropriavit sibi humana, in bonis sue nature mansionem stabilem habens, & indivulse retinens ea, in quibus semper erat, & est, & erit. At Zwinglius longè improbius hinc inde, imprimis verò in Resp. ad B. Luth. librum de Sacram f. 410. a. Ad hæc Marc. 13. cap. inquit Christus. Caterùm de die illo ac tempore (novissimi judicij nimirum) nemo novit, ne angeli quidem qui in cælis sunt, nec ipse filius, sed solus Pater. Ubi primo notabis quod filij vocabulum (quod tamen divine persone nomen proprium est, per alceosin **PRO NUDA CHRISTI HUMANITATE** sumitur. Divinitati enim ipsius nihil ignotum est. Secundo, quod unico hoc prescientie nomine & titulo humana nature omne illud negat, quod soli divinitati convenit. Si n. juxta hanc novissimi diei tempus & judicium ignorat, juxta eandem quoq; ubiq; locorum cura divinitate esse non potest. Divina enim

Filij vocabulum, pro nuda Christi humanitate.

enim natura etiam tunc novissimus ille dies presens erat :
 hunc verò humana natura ignorabat. Juxta scientiam
 ergò divinitati equalis non erat, multo minus autem jux-
 ta id, quod divinitas ubiq; presens est. Adde hic Wilhel-
 mum Zepperum & alios, qui, ut habet B. Jacobus Heil-
 brunnerus in synopsi doct. Calvin altera. p. 39. scripse-
 runt: Die Menschliche Natur wisse alles was zu völli-
 ger verrichtung ihres Amptes vund aller Aufferwehsten
 Heils gehöre/ durch gemessne offenbahrung der Gottheit.
 Et Nestorium denuo audies. Concludo verò hinc invi-
 ctè planè. *Siphraſis*: Filius Dei de die illo & tempore ni-
 hil novit, exponenda est per hanc: nuda humanitas ne-
 scit diem extremum: tunc & *siphraſis*, Deus sitijt, pauper
 fuit, mortuus est, natus est &c. exponenda veniet per
 hanc: nuda humanitas est nata: nuda humanitas est mor-
 tua, pauper. Conseq. credo nec adversarij negabunt,
 in primis quum & Zwinglius hic loci & adversarij nul-
 libi non à negatione unius ad negationem alterius
 concludant, & res pateat, quū ignorare diem extremū
 minimè divinæ, sed humanæ naturæ sit proprium, &
 quidem non minus, quàm pati, mori. Hinc Zwingl. in
 Responſ. ad Confess. B. Lutheri f. 468. a. Jam, ait, hu-
 manitas quoq; essentialiter in Christo est, & essentialiter,
 id est, verè patitur instar hominis, qui non aliud quic-
 quam quàm homo est. Et eo modo patitur, quo puri ho-
 minis corpus pati consuevit, quod tamen in anima *ὁπρόσωπον*
 suam habet, & per hanc sustinetur, cum illa interim pas-
 sionis omnis expers sit. Si humana natura Christi eo
 modo patitur, quo puri hominis corpus pati consue-
 vit,

vit, utique nec passa ea est, ut est caro Dei, nec passio e-
 jus erit *θεαυδευη*. Deo humana, sed purus homo mor-
 tuus est. Sed verum est Antecedens. Ergo & conclu-
 sio, quæ tamen totum Christianismum jugulat. Rectè
 Theodotus in Syn. Ephes. f. 383. E. *Quomodo affixum
 est ligno, quod contra nos erat, peccati chirographum, HO-
 MINE PURO SUSTINENTE MORTEM? Quomodo
 autem crux peccatum crucifixisset, aut mors mortis tyrannidem
 destruxisset, nisi hac fuissent Dei, & ab illo virtu-
 tem sumpsissent, qui nostram tanquam sibi propria vindica-
 vit, non patiente ipsius natura?* Ibidem A. Audiens
 namq; Gentilis, quia clausa janua ingressus est Salvator,
 transmittens hoc corpus crassum, & loco egens, ridet non
 credens miraculo, sed quærens rationem rei. Et audi-
 ens quia Virgo cum peperisset, mansit virgo, stultitiam
 putat sermonem, quia non didicit credere Dei miracula.
 Ergò cum audit etiam, immutabiliter hominem Deum fa-
 ctum, impossibilem eam rem putat, nature mutationes
 hic quoq; exigens. Sed non ita Paulus edocuit, dicens,
 eum, qui equalis est Deo, factum hominem semetipsum
 namq; exinanisse dixit, non amittentem plenitudinem
 divinitatis. Unde etiam dicit: Nos autem predicamus
 Christum crucifixum, Judæis quidem scandalum, genti-
 bus autem stultitiam. Et quare gentibus stultitiam? Si
 purus crucifigitur homo, nemo putat stultum, quod natu-
 raliter agitur. **SI VERO QUOD NATURALITER
 PATI POTERAT, patitur, quomodo putatur stulta nar-
 ratio.** Porro Qui carni tribuunt peccatorum remis-
 sionem, fidei confirmationem: illi Christum *εὐ τῆς ἡμετέρας*
ἀγάπης habent. Ita enim Zvvinglius in Exeg. f. 338. b.
Verum tamen istud non est tacendum: illos habere Chri-

*Nuda huma-
 na natura,
 est certè purg
 homo.*

*En gentiles
 negant cras-
 sum corpus
 transmisisse
 Christum per
 januas clau-
 sas.*

*Si sola hu-
 mana natu-
 ra patitur,
 Si nuda hu-
 manitas pal-
 patur, quid
 miratur eth-
 nicus?*

NB.

*Si id patitur,
 quod natu-
 raliter pati
 potest, nullū
 est miracu-
 lum.*

H

stum

Christum re-
mittere pec-
cata secundū
hunc natu-
ram est Chri-
stum in na-
mero ferè
nullo habe-
re.

stum ἐν τῆς πρὸς θῆκας λέγει (nolo enim, pro ludo, dicere) qui
carni tribuunt, quod divinitatis solius est: qualia sunt fi-
dem confirmare: peccata demittere (quis enim peccata
remittere, nisi solus Deus) id naturaliter prestare quod ver-
bo docetur. Quæ omnia cuius oro sunt, quàm divinitatis:
quàm spiritus: quàm potioris nature? Subsumo. Ortho-
doxi statuerunt contra Nestorium Christum & juxta hu-
manam Christi naturam peccata demittere, fidem confir-
mare, Spiritum S. donare &c. E. Orthodoxi Christum
ἐν λέγει πρὸς θῆκας habuere: contra Nestoriani vicere.
Sic enim Cyrillus in lib. de recta fide f. 38. Quod si quis
ulterius interroget: Num ergo in hominem baptizati su-
mus. Et hoc inficiabor minime. Sed heus tu, quisquis es,
quid moliris? itane omnem spem in terram detrabis? Ba-
ptizati sanè sumus non in hominem simpliciter, verum in
Deum hominem factum, qui poenas, veteresq; noxas ijs,
qui fidem in illum complectuntur, remittit. Unde divi-
nus Petrus Judæos ita alloquitur: Pœnitentiam agite,
& baptizetur unusquisq; vestrum in nomine Jesu Chri-
sti in remissionem peccatorum vestrorum; & accipietis
donum Spiritus Sancti. Peccata namq; ijs, qui illis ad-
herent, condonans, suum mox Spiritum impertit, quem
quidem Verbum, quatenus ex Deo Patre procedit, immit-
tit, & ex propria natura in nos quasi ex fonte quodã trans-
fundit: quin etiam FACULTATE HAC PROPTER U-
NIONEM ET INCARNATIONIS OECONOMIAM:
ÆQUALITER QUODAMMODO CUM HOMINE
COMMUNICATA, CORPORALITER QUOQUE UT
HOMO INSPIRAT: insufflavit enim in sanctos Aposto-
los dicens: Accipite Spiritum Sanctum. In defens. ana-
them. XI, contra Orient. f. 338. A. Quoniam autem est

corpus vite. vivificum est: propterea namq̄ mortalibus nostris corporibus largitur vitam, & mortis imperium evacuat. Vivificat autem nos equali modo & Sanctus Spiritus Christi: Spiritus enim est qui vivificat, secundum ejusdem Salvatoris vocem. Plura hîc addere supersedeo. Et sic opido patere existimo, Zvvingliū omnem Christianismum allæosi sua prostituere, & ineptas dare ac impias phrasium resolutiones. Concludo nunc: Quicumq̄ istud quod persona convenit, & persona in scriptura ascribitur, humana tantum natura tribuit, is sophisticè agit. Ita Cramerus in Enchir. p. 268. Quod autem Personæ convenit, sophisticè humana tantum natura tribuitur. Pag. 262. Sophisticum autem est tribuere humana nature in abstracto, quod S. Scriptura tribuit personæ in concreto. Eadem repetit p. 163. p. 215. p. 218. p. 225. 226. p. 240. Subsumo nunc: Zvvinglius cum omnibus Calvinianis id, quod persona tribuit S. Scriptura, nempe tō pati, mori nasci &c. tribuunt soli humana nature, sola humana natura est passa, mortua &c. Ergo Calviniani cū Zvvinglio, sophisticè ludunt ac scripturam depravant. *ὄτις ἔδει δεῖξαι,*
S. P.


Referenti typographo, aliquid ad huc spacij in hac superesse disputatione, visum est & hæc adjicere. Dictum est. p. 532. ex Zvvinglio humanitatem Christi passam esse instar hominis, qui non aliud quicquam quam homo sit & eo modo passam esse, quo puri hominis corpus pati consueverit; refutatum est id pag. eadem. Hic addemus & B. Cyrillum, qui idem solidè refutat in lib. ad Reginas f. 76. in act. Syn. Eph. D. Multi ex Sanctis Prophetis interempti sunt: at nemo illorum omnium, aut peccatorum causa appetijse, aut sua nos morte Deo obtulisse,
ANE

Natura tribuere tantum humanam, quod persona, est sophisticum.

ant Spiritibus, qui in carcere detinebantur, predicasse dictus est: prestitit hoc autem Christus. Per ipsum quoque & in ipso redempti sumus, ipsiusque mors terrarum orbi salutem attulit. Mortuus igitur pro nobis est, **NON UT HOMO** quispiam communis, seu nobis similis, **SED UT DEUS IN**
NB. carne, dans corpus suum proprium, pro omnium vita ἀντάλλαγμα precium permutationis, seu redemptionis. Notes illud, non ut homo, sed ut Deus in carne passus est. Id enim directè Zwinglio & Calvinianis ut est oppositū: Sic evidenter docet, unde & dignitas passionis sit, & quod pessimè agant, qui vocem Dei, in phrasi, Deus est passus, mutant in vocem humanæ naturæ, aut planè a Deo excludant Deitatem. Sic idem ad Theodos de recta Fide f. 680. D. tom. 2. edit. Pariens. a. 1605. seu f. 33. in conc. Ephes. Eximiam enim dico nobilitatem (Sic redditur in Parisiensi editione) referendam, in solam naturam reginam omnium, quod fuerit gloria Dominus crucifixus, & quod splendor Patris fedens omnia verbo virtutis sue melior angelis factus esse dicatur, assumens, quod erat minus, ut ego opinor, quando apparuit homo. Sed nunquid Verbum, (hæc versio in Syn. occurrit) quod ex Patre natum est, ob id ab eminentia illa, que essentialiter in illud convenit, excludemus, quod secundum dispensationis mensuram animo conceptum gloriam Angelorum non attingit? Nequaquam. Arbitror enim Dei Verbum, post assumptam semel carnem ab humanæ naturæ conditionibus nequaquam, excludendum esse, neque humanitati rursus, si, ut in Christo est, consideretur, gloriam, que Deum decet, denegandam esse. Sic f. 36. Quatenus enim Deus est, ipse Dominus gloria esse intelligitur.

SOLI DEO GLORIA,

Humanitati
gloria Deum
decens non
est neganda.






unge durch
fest. Nost
plicare
olico; C



egant

ALVENSLEBEN
T
163





42

Cum CHRISTO!
Duodecima
In secundam Anatomiae Mas-
sonij partem.
DISPUTATIO,
De Allocofi Zvvingliana.
Quam
P R Æ S I D E
JACOBO WELLERO
SS. Theol. Doct. ejusdemq; Prof. Extraord.
& Ebr. Linguae Ord.
defendet
M. ALBERTUS GUNZELIUS
Stolpena - Misnicus,
In Auditorio Collegij Veteris,
ad diem 16. Junij. T 163
WITTEBERGÆ,
Typis JOHANNIS RÖHNERI, ACAD. TYPOGR.
ANNO M. DC. XXXIX.

